CASP. BARTHI

DE FIDE SAL-VIFICA

LIBRI DVO.

DE CONSTAN-TIA

LIBRI DVO.

FRANCOFVRTI

Typis Wechelianis, Sumptibus Danielis ac Davidis Aubriorum, & Clementis Schleichij.

ANNO M. DC XXIII.

CLARISSIMO VIRO

VVOLGANGO SIDELIO AMICO MEO.

ECcos domesticos tibi libellos meos de Fide & Cõnstãtiâ, quos tecum non ita olim versans paucissimis,ut nosti,horis edolavi. Scio te cupidissime taleis tam candidos amicos sinu tuo recepturum, cujus suavissimæ conversationis memoria semper mecum mihi recens erit. a.d.XIV.Octob. CIↃ.IↃ.CXXII.

C. BAR-

C. BARTHI

DE FIDE SALVIFICA.

LIBER PRIMVS.

Per quem mens hominum, sacro concussa tumultu,
Innumeris numeris divina oracula mūdo
Dividit, arcanosque iubet cognoscere fatus,
Per quem celsa polis stat machina nixa duobus
Quadruplicem partli collibrans mole catenam,
Vt freta perpetuo terras cingentia limbo
Littoribus sint fixa suis, nec lubricus humor
Arida transiliat spacia includentis arenæ,
Per quem flamma ferox & nescia faderis usquam
Subsidit tamen & suavem moderata calorem
Infundit, vitasque omnem largitur in herbam.
Per quem cælestis latè specularia campi
Aereis ludunt concentibus, altus inane
Fructiferum inspirat vitali flamine ventus
Ægra dehinc molis, nullique innisa columnæ,
Se tamen ipsa gerit, Tellus, constatque cadendo.
Spiritus alme veni: nec enim tua numina tanti
Pars infausta operis, sed homo, flos nobilis, oro.
Cum tua vix factum tegeret clementia mundum

Dulce superfundens, concepti pignus amoris.
Terrenum imposuit rebus Regemque Ducemque.
Immortalem animam claudens exsortibus omnis
Tristitia membris, & saevi turbine casus.
Talis ego, quanquam acta retrò, meque insita pestis
Excludant virtute mea, tua Numina posco.
Audax nempe animi, sed vivi gloria Christi
Post mortem evictam & fixum super hoste trophaeum
Erigit è culpis, animoque insignia sacro
Jussa sequi, rerumque jubet disquirere causas.
Unde salus quaerenda viris unde aetheris alti
Iamdudum amisso redeat reparatio cultu.
Non certè infelix densis ut cura tenebris
Sontem animum excruciet, fictaque emblemata legis
Distortam enervent vitam, mentemque trucident,
Lucifugae pestes, aerumnaque flebilis extra
Consilium, jussumque Dei, qui libera posset
Pectora, nec dubios rerum implorantia morsus,
Aut vitam in mortem mutato impendere fructu.
Plena quidem variis omnis procul alea vitae est
Et dubiis nunc huc nunc illuc fluctuat alis
Nomine vix ullo stabili agnoscenda colore,
Hic tamen ordo Dei est, ipsa inconstantia rerum
Electos Domini firmato incedere passu
Ipsius auxiliis monstrat, cumque omnia sursum
Atque deorsum agitet rapido fortuna tumultu
Nulla tamen castorum animos sensusque piorum
Ira quatit: concepta vago cum nubila pulsu
Ventorum incurrant nullis non navibus, alto
Quae sese immittunt, velisque per aequora currunt,
Sola piis devota animis, non aspera ferro,
Non trabibus contexta, tamen freta saeva, carina

Vincit,

Vincit, & in portum plenis cita convolat alis.
Hæc Domini dat dextra suis miracula, ne vis
Ulla trahat mentes retro, atq; in Tartara mergat
At scelerum ultrici sibi conscia corda flagello
Per mare per terras atrox infestat Erynnis;
Quippe intus ventorum anima, quippe effera pestis
Dilacerant, nulloq; insons momine vivit.
Sic gravis ambigno rerum inconstantia casu
Occidit & certis se Prospicientia fatis
Dia polo monstrat sese agnoscenda magistra
Hanc non ulla mihi cura infelicibus agri
Corporis ostendit centum per tormina morbus
Fracta, sed affectuum vis, fracti vulnera sensus,
Ingenua Fidei Christo duce gratia constans.
Hic, cum infelici lite conversa tumultu
Palaret Satana jam jam ducenda sub umbras
Humani generis ratio, Deus ipse, Deique
Æterni soboles, patriâ se immisit ab aula
In genus humanum & corpus de virgine sancta
Asciscens purum. Medium se rebus amatis
Charorum statuit indigetum; mortemque triumpho
Expulit in tenebras, lucemque cadentibus astris
Restituit, delens omne uno in funere funus.
Quid contra impietas proprius obnixa reponas
Obsequiis, quave inde potest fiducia duci.
Nonne omnis Patrum & priscorum concio Regum
Fatidici monitus vatum, egregiique togaque
Militiaque duces Domini, antiquissimus ordo,
Unus in nomen Messiæ omne undique ponunt
Virtutis pretium & venturum numen adorant,
Non ut quisque suis meritis, proprioque salutis
Spem sibi propositam cultu dare senserit astris

Ut miseri vixère homines, vitam undique diris
Deformes maculis, nullo non tempore laevi,
Sed data caelesti sponsa Fiducia fovit
In vitam cunctos, promissoque intulit alto.
Nec dubium hic quicquam: quod si ventura saluti
Proles summa Dei castos non moribus horum
Verum alma Fidei stabili salvavit honore
Quis nunc postquam omnis vatum praedictio summis
Expleta est numeris, sperataque vita reluxit
Omnibus in terra populis, quis stultus & effrons
Ereptam Fidei meritis velit addere palmam?
Cum finis sit certus opis quam maximus autor
Impendit lapsis mortalibus, impia vitae
Constanti damnare animo deliria prisca
Atque novum capta ratione insistere callem,
Credere nempe Deo, fida in miracula niti
Quae Christus proceresque pii fecere per ipsum,
Captivum miseri qui ducit acuminis augmen
Sub titulos Domini, Domini miserantis amore
Nempe fide in Christum, caeli salvabitur haeres.
Haec tibi per totum deductio longa legenti
Salvifici textum scripti canit arduus ordo.
Non contra ullius dicent mysteria legis
Exemplive tenor, vel capta regula vitae.
Certa tamen res est nec dictio mobilis ullo
Non in contextis servata vocabula nugis
Quaerere velle fidem, sonitu nec cassa volucri
Verba sequi, cacumque animi deflectere pondus.
Sed vivis constare modis, in pectore toto,
Visceribusque ipsis, & pura indagine mentis
Hanc halitare decet, quae nil non moribus, ore,
Corde, animoque sonet, fateatur, agatve, gerat vè,

Quod

uod non divinis æquum rationibus adsit.
Mortua namque fides, extinctaque flamma salutis
ue sine amore hominum non visum numen adorat.
avis amor, sanctæque habitans oracula mentis
cit in effectus, & quod sibi donat habendum
articipat cunctis, nec in ullo se excipit ipsum.
ic operum Fidei sequitur fax lucida cursum,
Agnoscuntque piorum animi, metuuntque profani,
Divinos homines, quos cum ipso numine norunt
olloquium sociare, & pasci nectare divo
Secedunt quoties turbis; at in ordine vitæ
Nil non ritè Deoque placens proponere agendum.
Exemplo, doctrina, ore & corde undique eosdem.
At non tristis amor mundi, non transfuga rerum
Stultities, ullo sanabilis argumento,
Indulget sibi se: pars intractabilis extra
Divinos monitus proculcat inane putanda
Quicquid non oculis capitur, non auribus ægris
Commodat auditus, non confert sæva voluptas
Corporis illecebris fruitura, ut numine magno.
Scilicet omne vagi quod habent deliria mundi
Unum omne infuscem sancti dat carta Joannis
Nil, ait, in Mundo est præter quam Fastus & excors
Quicquid amat falsi luxus captator ocelli.
Vana Fides rerum fugientum, & lubricus error
At non hos stolidi videt inconstantia vulgi
Ex errore ferens errorem incerta viandi,
Heret imaginibus rerum, stolidoque tumultu
Adfectus vibrat captisque in sensibus hæret.
Omnibus his una est ratio, vitæque viæque
Æternam in mortem, spretis quod frivola sanctis
Æternisque caduca legunt, animumque superbi

Corporis in luxu sese ignorare, suamque
Cogunt, unde sua est, genus, & quo nomine constet.
Hi præsens adamant tempus cæcique futuri
Quicquid ad mortem vivent, nolunt vidisse fateri,
Ipsum adeo ambiguo Dominum vix esse tumultu
Silentes habent certa persuasum lege docentum.
Hunc rapit infelix, & multis insita ab annis
Prolubium vivendi, atque haud flectenda cupido.
Bacchus agit venas, Venus hepate regnat in ægro
Quotidie affundens flammis morientibus ignem
Donec corporeo mens immoriatur amori.
Hi cum judicio tangunt cælestia turpi
Non aliter possunt crassis concludere dictis,
Quam si vita sequens ullo speranda favore est
Numinis, hanc meritis & vita tristis agone
Fasque piumque dari; quia nempe inscitia veri
Et vitiorum infesta seges corda impia cogunt
Desperare boni quid ab hac concludere vita.
Dissimiles isthinc morum, constare suorum
Concludunt, recta sibimet ratione, videntur.
Quicunque æterna capient sacraria vita.
Certus in his error, docuit contraria eodem
Corda errore trahi, nempe ut sibi conscius acti
Ad virtutis opus præceptaque regia cursus
Si qua futura dehinc, sese meruisse colendo
Ipse putet vitam quia in hac bene vixerit ante
Hac ratio est, hominum qui iam ratione sua se
Niti posse putant ad cæli æterna tropæa.
Verum hi dispari peccant ambagine cursus
Alter abit lævum, dextro perit alter ab ortu,
In medio est vitæ felix constantia pura
Regula sola Dei verbum, quod mente legendo

Non satis exculta Christi per dogma vertunt
Exutum in proprium, larvisq; urgentibus extra
Firma viæ vanis fugiunt per compita visis.
Quod te adeo hic quicunque bono mea dicta lepore
Prodita, perpetuis mavis evolvere fastis,
Egregia, ut credas Christo, pietate docebo.
Omnia cum primo sunt condita ab ortu
Omnia pulchra suo, nulla sub labe, vigebant:
Horum nempe salus horum perfectio sola
Patris amor, nutus erat observantia sacri
Donec in hoc stetit, egregio munimine nisa
Rerum vita fuit, placuitq; accepta tonanti.
Et nusquam ingrato florem terrore remisit.
Blanda opere in magno faciles concordia nexus
Stipabat numeris, & certa favoris ab alto
Immensa augusto laxabat gaudia cultu.
Ipse superfundens patria sua munera dextra
Spiritibus puris, vitiisq; nitentibus omnes
Implebat rerum partes, ipsasq; fovebat.
Invidia non ulla aderat vecordia, non lis
Rebus ab externis, non falsa mente cupido,
Non lascivus amor, non sævæ exercitus iræ.
At postquam superos atq; inclyta dona reliquit
Infelix Satanas, modo Lucifer, atheris alti
Stella potens lucis, vix sole obscurior ipso.
Nunc tenebrarum atrox, infesta mente, Tyrannus,
Proditor, ipse mali fons, Invidiaq; magister
Humanum informi genus in sua iura redegit
Porro dolo: mandata iubens excedere dia.
Ah miser & nunquam tibimet reparabilis Adam
Tu genus humanum, tu millia tanta tuorum,
Unus in facinus præceps pater inductus a[s]si

Hic vita conversus honos, mors condita morsu
Infelix uno mali infelicis in orbe est.
Hac cum prima sui tetigit cunabula regni
Omnia qua superum blanda modò mente parentem
Cordis adorabant sperantia pramia casti.
Nunc subito hostili retrò pellente tumultu
Fida Creatoris contra mysteria nisi
Ipsa rebellabant sibimet, nec originis almæ
Iam memor ipse, fuga sese abscondebat inerti
Pro vitio pudibundus Adam. spes tota nepotum
Cæsa retro, Satana se retibus involvebat
Crimine de primi nunquam purganda parentis.
Hoc facinus cum Mente pia, cum corde benigno
Æqua polo in miseros Sapientia dia videret,
Perculit egregia Dominum pietate, voluntas
Patria, de tantis hominum eduxisse tenebris.
Et Satanæ frenare iras, ipsumque merentem
Pracipitem in pestem sanctis expellere castris.
Verum uti Iustitia fieret satis, improba certè
Debebant morti se crimina, mors nisi & ipsa
Maiori auxilio prius interstincta iaceret.
Hic opus ingenti rerum molimine surgit
Nec nisi cælestis conspiret Spiritus umquam
Consilium æternum peritura in carmina adibit.
Ipsa Dei proles, mediator ut omnia priscis
Reddita florerent vitis, successit in agrum
Humani generis facinus. Reus ipse videri
Proque reo voluit tormenta necemq; paciscì
Salvaretur uti non iam salvabile pignus
Quippe inter superum Regem & mortalia regna
Non tam habili inter se nimium contraria mensu.
Tertius auctor opus fuerat, qui condita cuncta

Sangui-

Sanguine eo, amisso decori, & vitalibus astris
Redderet, & patrio mortalem inferret Olympo,
Cuius gutta brevis, cuius vix sensile pondus
Omnem orbem pretio, cælum omne exscenderet uno.
Talis erat, talem cælo sese extulit almo
Proles summa, Patris, Christus, mortalia gestans
Membra, uterum ingressus fæcundæ virginis, ex quo
Prodiret rediviva salus, mundumq; bearet.
Hoc pater instituit sacrum, duo desita pridem
Gratia sub fido velut obside tuta rediret.
Non aliud meritum, non ulla alia orgia poscens
Queis cultusve sui aut instaurarentur honores,
Sanguine quam roseo qualem ipse sibi obtulit, agni:
Sic deleta cadunt veterum mysteria legum
Sic ritus moresq; sacri, quibus omnibus una
Succedit, rata corde, fidès, infractaq; cunctis
Artibus adversi Satanæ, quam magnus Olympo
Pro meritis factisque parens, proq; ordine vitæ
Imputat æternæ, docet ut sacra pagina, palmæ.
Hanc prius amplecti, dubiosq; expellere toto
Corde decet sensus, nec in ullo hærere caduco:
Quippe Fides ea sola fides, ea sola fidelis
Solaq; firma sui est, quæ tot subnixa profetis,
Tot procerum monitis, sacrisque Dei ipsius orsis,
Non quærit quæ facta videt; Rationis, & altæ
Naturæ studium, (quæ nil nisi Regula cæli est,)
Seponit dubiis; hic verò teste fruisci,
Indubiumq; licet factorum agnoscere fructum.
Non coniecturis, vel acumine mentis abuti,
Queis rerum series, queis naturæ inclitus ordo
Subiacet, exq; aliis alias educere perstat,
Quem campum humanis animus, quæ vincula nusquam

Non connexa sibi dedit alta potentia sensu;
Judicium hic sibi quisq; potest, sibi sumere quisq;
Credendiq; vias, reparandiq; organa visus.
At quæ Concilia superis humana, nec ullis
Constat in hac vita meritis, nec sensibus unquam
Obicitur, terravè potest accedere jussu
Casta Fides: quæ vita trahit, quæ vita reducit,
Justitiam ad divam atq; amissi vulnera Recti
Nequaquam meritis reparantur, & indole magna;
Sed sola in Christi mortem vitaq; fideq;.
Cerne procul campos, virides procul excute cultus
Florentes herbarum apices, sata corpora terræ
Queis sua, vi domini, plantaris vita tributa est
In quam, quæ nequiit Satanæ seducier astu,
Nulla cadit morum improbitas, aut lucis abusus,
Nonne adeo natura velut jubet & suus ordo
Quæq; subit sibimet, seseq; in flore relinquit,
Succeditq; alia, atq; eadem tamen, ordine miro
Quæq; sibi mandata gerens cum fœnore magno?
Semina non desunt ulli, non gratia visus,
Non liquidus, multo facilis medicamine, succus,
Et cum tam variis vigeant per prata figuris
Omne tamen studium florendi, in momine parvo
Desinit, & nullo cum murmure vita relicta est.
Tanta creatoris, mutis reverentia in herbis.
Quod si quadrupedumq; aviumq; vagantia secla
Diversis formis & pastu dispare cernas,
Quanquam quinq; omnes instructi sensibus adsint
Non tamen horum ullo contra sua iura fruuntur.
Quamvis in ventrem declivia corpora vertant
Non tamen infelix mutant genus, aut sua pugnant
In studia, adverso aut naturam pectore turbant.

Quod

Quod si avium catus mille altivolantibus alis
Per spacia immenso latè æthere nosse labores.
Multa quidem in terram deflectunt lumina sensus
Quadrupedes simul, & species diversa natantum.
At volucres liquido mulcentes aera cantu
Officium sibi quæq; suum, se quæq; IEHOVÆ
Approbat & grato celebrat sua gaudia plausu.
Mille canens variis grates concentibus, ut se
Condiderit pater omnipotens, ut nobile corpus
Pinxerit, & cœlo procul auri coloribus alis
Lumina mirari dederit cœlestia, cuius
Ergò omnes uno varium modulamine carmen
Consociant, linguisq; melos variabile nectunt.
Sic alia exscendens aliam, sic dulcia vibrans
Orgia, ut in summi concurrant laude parentis.
His procul expositis hominum si cernere vitam
Post casum incipias, vitiorum altissimus orbis
Subiiciet sese, & nil non damnabile cernes.
Quippe uti naturam & moderantis Iussa Iehovæ
Simplicitas reliqui sequitur gratissima mundi,
Sic nihil in sensus, nihil in discrimina cordis,
Abstrusasq; venit latebras, quia nobile contra
Principium, Dominiq; vias astutia pugnat.
Gratia nulla tibi superest, non ulla bibendi
Ad satiem, queis corpus habet parere necessum,
Ebrietas, Gula, Luxus, in ipsa exordia vitæ,
Imposuere pedem, qui nondum ipse audeat infans
Maternis furit in vitiis, & lacte sub ipso
Perniciem bibit informem, & se in crimina mergit.
Cum primum pedibus niti manibusq; probatur,
Evolat, & dudum malegrata iura Magistræ.
Quæ licet obculcat; sæpe ipso in limine vitæ,

Orbum se ipse facit maternis cultibus infans.
Hinc frena indomitis laxat iuveniliter annis
Fervidus in facinus, nullo non sidere pugnax,
Cæde, Libidinibus, Luxu, sibi maximus hostis.
At piger in laudes, virtutem exosus amaram,
Omne bonum aversans, Domini intemerabile nomen
Contemerans diris, & sancta oracula calcans.
Quod studiis si forte bonis ea gloria cessit
Ut subeant animum, vanis in rebus aniles
Sectatur lusus, ut sese in retia blandæ,
Mancipium Veneris, annis flagrantibus aufert,
Hæret in his, sequiturq; malum iugulumq; cruentæ.
Quotidie infelix nudat gladiator harenæ.
Quod si opibus paullum laxata est cura paternis
Non contentus aprica sui loca visere cæli,
Tamquam natus in alterius quoq; tempora mundi
Deserit infido patriam latus hospite credens.
Hic dum prima genas pingit lanuginis umbra
Corrumpit senium, venturosq; inficit annos,
Exsuccumq; larem fœcundi corporis olim
Pro tot thesauris felix sua in arva reportat.
Aut, tenuem alterius sectatus in aere prædam
Occubat, aut lento redit arida larva veneno.
Postquam expulsa ævi flamma & iuvenilia cedunt
Ausa, virum in sedem tandem detrudit iniquam
Coniugium, hic parti non unquam certus, habendi
Incumbit studiis, per fas ferus omne nefasque.
Quoq; minus spacii est, magis hoc sitit improbus auri
Scilicet ad manes secum ducturus avaros
Tanta sui precia, atq; Orco rapturus in ipso.
Hæc privata tibi paucis data vita relucet
Ærumnosi hominis, quam si per singula ducas,

Nequaquam unius res sit narrabilis anni.
Quod si magnatum studia infelicia cernas
Et quibus in reliquos ius est dominabile catus.
Nulla super lingua est, non ulla potentia fandi
Quæ minimam possit culparum attingere partem.
Atq; adeo una super cunctos, quæ cætera prorsus
Voce ciere vetat, hæc scilicet ultima norma est.
Ut proceres norint pravo se vivere cultu
Sed ne quis moneat, capitali crimine cautum est.
Quod si iam partem reliquam, si cernere malis
Corda sacrata Deo, cui non sua Curia quoquam
Desint, aut ullo post est superabilis evo,
Illa quidem multis secedunt sobria culpis,
Non tamen est labes aut corporis ulla luela
Unde queat penitus sese excusare vacantem
Quippe intus lex dira hæret, furor impius intus
Prælia sæva movet, patremque resuscitat Adam.
Atq; ut prona sequi rapiunt animalia pastum
Fomes ut absentem velut in se devocat ignem,
Sic vitiis humana omnis Natura sequendis
In declive furit, nec in ullo salva reperta est
Omnia quæ magni vates, sanctissima corda,
Corda Deo propriora, suis scripsere libellis,
Posteritas ut sancta secuturiq; minores
Exemplar [illegible] breve conditionis haberent.
Quod si certa Fides non ullo tempore quamquam
Nativo caruisse malo, contra illicet, omnes
Principio à primo vivendi, in maxima sensim
Innumerabilibus culpis se damna ruisse.
Nemo de hinc poterit talem sperare colendo
Humanos, vitam, mores, quæ sancta JEHOVÆ
Legibus accedat, pariatq; æterna salutem

Ergò alia est medicina malis, alia omnibus istis
Inquirenda via est; quam cum comprendere nemo
Viribus ipse suis possit, nec sensibus unquam
Scilicet in primo corruptus lacte bibendi.
Exosisq; Deum & peccato semper amicis.
Hic licet ingenium quoq;, mortalisq; leporem
Consulere arbitrii, rerumq; adsciscere cursus.
Non etenim usq; adeo cæca est animalis in omni
Pectore consilii vis, alto dedita cælo,
Ut quot quisq; suis non possit viribus aptum
Conficere, optatoq; potitum tradere fini.
Non videat sibi ab auxilio maiore petendum.
Sic igitur nostra volventes maxima cura
Momina, criminibus quoniam vita omnis abundat,
Nec superest ulli in meritis spes tradita privis,
Quippe ubi fons viru fluit incurabilis atro,
Et penetrabilibus regnat vis morbida in hiris,
Nequaquam fluvium studeas medicare perennem,
Aut levibus teneros artus involvere lanis.
Altus in immensa proavorum tabe laborat
Pallor & infirmos macies vix sustinet artus.
Tali opus est medico, qui cum penetralibus ipsis
Perfidiam exegit veterem, nova membra novumq;
Restituat pectus, mentemq; in pectore puram.
Hunc ubi, io mortalis homo, tristissima cœni
Proluvies, nulla à vitiis virtute redemte
Invenies? Non quære domi, aut fœtentia prisca
Collige vane luis religamina turpia visu,
Fœdorum monumenta operum; nec inania vitæ
Purgamenta tuæ queis te duce niteris in te,
Nulla medela malis, quin ulcus ab ulcere surgat,
Quin putredo rapax ipsis suffusa medullis

Vita-

Vitaleis fluat in laticeis; nisi major ab alto
Cura procul veniat, fontemq́ humoris in ipso
Fonte necet flammam & cunabula deleat agris.
Hæc operum sunt facta tuorum, hæc præmia morum,
Nec tibi quod placeant, nec te quod tristia tecum
Delectent, prava esse minus vel turpia credas.
Non tibi judicium de te rebusque gerendis
Sed sibi seposuit patris omnipotentia magni.
Nulla igitur quæ te secedere Regula vulgo,
Jejunare jubet, peregrè pede currere nudo,
Mille alias tales jungens stultissima nugas
Decipiat, non ista operum sunt grana piorum,
Queis adolere aras, queis suauem incendere odorem,
Mandauit Dominus; non si pellucida tabe
Viscera vix toto semel anno pascere posses,
Ista fames, sitis ista Deo deuota placeret.
Non medicas sic ille manus, non pinguia fundit
Felicis fomenta olei; nam Lurida quamuis
Ejuret facies dominantem in viscera flammam,
Luxuries tamen intus edacibus omnia pascit
Ignibus, & stimulos vitiis sine lege ministrat.
Vsqueadeò vt persæpe aliis quæ testibus ingens
Lux vetat aduersi solis, his turpior in se
Permittat situs, & tenebris mala velet amicis.
Ergo alia hîc tentanda via est aliisque mouendum
Auxiliis, vti diuinus sua munera Pæan
Explicet, & liquidis emendet vulnera succis.
Nec coniecturis aut simplicis omine verbi
Expediunda via est, certo se tramite dium
Monstrat iter, celeresque sequi iubet alta iugales.
Scilicet alma fides nil non Rationis, iniqua
Iudicis, educit momento, & sidera pinnis

[illegible]cis sibi nuda petit: si dicere contra
Audet & humanas acies offerre sophista
Maxima de nihilo verborum signa moventur,
Et redit in nihilum numquam nectenda arena
Funis, ubi primis nusquam postrema cohærent,
Summa cadit strictoque in fomite fracta necatur
Quam scintilla prius vivos ex[illegible]ndat in ignes,
Certa salus oblata homini est in sanguine Christi.
Illius ergo omnes laxat clementia habenas,
Fœcundoque implet credentum pectora voto,
Quod si vera Dei vox est, si credere vera
Quisquam debet homo, quo constat nomine vita
Numquam aliam quærent mortalia secula prædem
Cælestis Sophiæ, quam quæ complexa fidele
Pectus, agit Domino castum ad præsepia ovile.
Quam si quis contra velit, hiscere pectore toto
Nequicquam cœlesti habet spirare Camena.
Huc etenim vatum doctrina, huc Regius omnis
Naulia flectit Amor, Psalteria mystica pulsans,
Huc exempla adigunt, huc denique quatuor alis
Singula dicta volant, quas sufficit Angelus astans,
Quas Bovis effigies, quas blandi forma Leonis,
Quas Aquilæ pernix cælo descendere vultus.
Ipsa sacrosancti dur[illegible] stat super hostia saxi
Sac[illegible]a typum, non mu[illegible] meret[illegible] alta celebrat
Sacrifici, nec plebi agit dona facta per auras,
Sanguinis affectu [illegible], [illegible] benigna,
Omnipotens [illegible] instituit, non bruta quod illi
Aut flammis c[illegible]umta cadavera, cæsave ferro
Suav[illegible] [illegible] sed ventari ominis ergo
Sanct[illegible]um fudit cultris sacer ordo cruorem.
Hic benedictus erat, seclorum gloria, Christus

Quem

Quem spes prima Patrum, quem succesura sequen-
Comprensum tenet arcta Fides. Si cæca [illegible]rum (tum
Mens operum cæleste potest comprendere regnum,
Quæ ratio est? Quæ celsa latent mysteria visu?
Quæve subest vinclis hærens immanibus, obex?
Quot veterum Heroum tot nomina, tanta relatu
Agmina, tot Proceres non in sua quisque tulerunt
Facta salutiferam pondus? Sed poplite flexo
Quisque suos temnens, Domini sperabat honores,
Illum exorandum quærebant mente serena,
Supplicibus fibris animi; per sanguinis usum
Bestia quem crebris fundebat debilis aris,
Spirantes non fusa solo, calcataque passim
Signa necis, sed venturi mysteria Christi,
Immaculatum agnum, quem pro Pietate paterna
Constituit charorum hominum, divaque potentem
Iustitia, pater Omnipotens, prædemque Ducemque.
Hunc temerat, quoties humana industria iuxta
Sutile nectere opus, vel iniqua explere laborat
Texta manu, quæis deesse aliquid malè perfida credit.
Nempe Dei summum tangit blasphemia numen
Quæ fecisse aliquid quæ constituisse IEHOVAM
Imperfectum, audet malè sano dicere nisu,
Quid dicam quo sit veneranda Redemtio cultu
Humani generis, quâ nil maius vè prius vè
Ipsa potest potuitvè dare Omnipotentia mundo.
Huic operi procul omne aliud, procul omnia cedunt,
Quæ vel mens acie tangit, vel lingua profatur;
Nec tamen hinc mala sacrilegos astutia diri
Serpentis tenet assultus, quin frivola castis
Accedat, rumpatque superbia spemque fidemq;
Inque labore suo quærat decepta salutem.

Ah miseri, si quisq; sua se in pectore mentis
Exigat ad libram, & rerum deliria ponat:
Nemo vmquam, quocumq; modo sua facta secutus,
Austeram qui atro vitam lacerauit abusu
Perfidus ipse sibi, nullo non sidere læuus,
Trux aliis, ceu larva volans fugiensque sequentem,
Suffecit per se ipse sibi, quin turbidus intra
Pectora iustitiæ diuæ furor omnia vertat
Munimenta operum, velut agri straminis vmbram,
Quo non vlla potest retrò vis hostica pelli.
Et cum mente illâ, cumque auxiliaribus istis
Horrendos Satanæ insultus æternaque credas
Pœnarum meritis depelli tormina vanis.
Placarique Deum, toto qui pectore cultum
Flagitat, & fibras sequitur mentemque profundam?
Sic sacri sanxêre Patris, sic optimus inter
Ioannes Sinaita auctor Historiæ Barlaami.
Non nimium veteres, Sinâ de monte, Ioannes.
Nobile qui sæclis dedit immortalibus auctor
Barlaami monumentum atque Indi carmina regis.
Quod relegens vsque probans, mirabile contra
Diuitias stolidas, & quæ ludibria rerum
Mille premunt formas fatear medicamen habere.
Atque vti posteritas sancti figmenta Poetæ
Concelebret melius & sensibus altior indat,
Non aliis numeris alióve exscripsimus œstro
Quam quibus & quo omnem Christiani dogmatis artem
Quà licuit libris ter iussimus ire quaternis
Alta per ora virûm, queis & nunc tempore tristi,
Non nostris sine promeritis hæc dulcia puro
Carmina concentu Fidei libamus ad Aram.
Det Pater omnipotens vt quamuis debile captum

Mens tamen ipsa probet Domino; nec fruge sine omni
Hac quoque spica gregis succedat in horrea sancti.
Dum maiora retro premimus sollerte notandi
Ingenio veterum monitus; unde arduus inter
Heroas quondam Christo gratissimus augur
Egregiâ vates tangam astra micantia famâ.
Lurida quem terræ Soboles monstrosaque turpi
Barbaries vulgo frustra componere certat.
Invidiæ victor, victor sæclique suique
Nunc etiam ille Deos, nunc sancta oracula, præsens
Posteritatis amor, numeris commendat amanis.

C. BARTHI DE FIDE SALVIFICA.

LIBER SECUNDUS.

SAcra per insignes loquitur dum carmina ductus
Inspirata Deo fons certa, pagina, lucis.
Ipsum inter reliquas Dominum dat visere formas
Sponsi habitu, thalamum cujus pulcerrimus ordo
Virgineæ veniunt celebrare hinc inde choreæ.
Hæ duplici censu sponsum observare leguntur
Pars fatuæ, pars egregiâ cum mente sagaces.
Utraq; dum studio venturum expectat amico
Præforibus Dominum, somno sopita manebat.
At præsaga boni mens harum ubi densa tenebris
Nox aderat, furvisque diem contexerat alis,
Lampadas igniferas multo saturarat olivo
Palladium invergens, venturi cauta, liquorem.
Altera quæ stolido tantum præsentia visu
Spectabat, mentemque solo subfixa tenebat.
Dum studiis sensim indormiscit manibus inter
Lucis & obscuræ crepera obluctamina Noctis
Oblita nullum servabat lampade succum,
Arida sed stipulis in mortua flamma peribat.

Ecce

Ecce autem medio dum torpent omnia somno
Magni ab excelso sponsus descendit Olympo
Optatos thalamos aditurus ut alta suorum
Vota sinum præsens optato fine coronet.
Cum jam igitur celeri fervèrent cuncta tumultu
Pars sea virginei quæ suo lampadas igne
Muniérat, assumta chori est; pars altera frustrà
Implorans harum auxilium de nocte relicta est.
Quæritis ò quicunque oculis cælestia rectis
Suspicitis, mentemque solo seducitis altam,
Altam Evangelici sequitur dum mystica libri
Sensa procul, tenebrasq; vagæ Rationis abhorret.
Quid sibi vis fati velit inpenetrabilis hujus:
Nempe quod æternæ reparatio vitæ salutis
Non aliis numeris alio non omine jungit
Mortalem Christo cœtum, quàm cum innuba virgo
Conjugio sponsum stabili sibi iungit amatum.
Scilicet hac totum est Ecclesia fixa per orbem
Fixa Prophetarum & Regum sermone priorum,
Mox & Apostolici vestigia dogmatis intrans
Hanc sibi dum festis iungit genitalibus auctor
Undique ad egregios festinat cætus honores.
Non sexu non flore avi non nomine compar,
Scilicet in nullo posuit discrimina Rector
Omnipotens, nisi in hoc ut lampade regnet in agra
Vis olei pollens tenebras dispellere rerum.
Hanc qui prudenti, dum vivunt, mente pararunt
Adventum Sponsi secura mente, sopori
Concedant licet, obscuro quoque sidere tuti,
Exspectant, pars porro animi deliræ prophani
Dum secura sui, nullis infesta tenebris
Immoritur, sine pastu ignem, sine lumine lichnum

Seruat, & alterius se inopem solatur olivo.
At cum præcipiti venit hora suprema tumultu
Et sponsum præsentem omnis chorus æthere toto
Sanctorum sequitur procerum; delira caterua
Dum palans animi mercatum hinc indeque currit,
Amittit tempusq; suum, finemque salutis.
Sic stat noscendi felix sententia fati.
Ast olei quæ forma, quis altæ lampadis ordo,
Quæ ratio maneat, parvi vt stilla ignea olivi
Sustineat vitam, vero sermone docendum est.
Pars adeò adversans Fidei, dare promta decorem
Humanis meritis, quamvis cum dogmate toto
Christiani pugnet, quod demonstravimus, orbis.
Absurdis tamen hæc cumulat quoq; frivola nudis,
Et meritis iisdem, censuique operum omne bonorum
Adscribant pignus, seque hoc sermone fatigent.
Lucet vt in facili flammæ flos lampade felix:
Sic operum lucere bonorum exempla necesse est,
Vt felix iter optatum contingat Olympum.
Sed fatui non de igne isthic, non lumine flammæ
Sermo merus, super est oleo sententia Christi.
Vt iam expers olei non vlla in lampade flamma est,
Sic nisi clara Fides felici proflua corde
Res operum cernat, sordent procul omnia capta,
Deficiunt Ratioque & Gratia credita Christo.
Hæc tenebras, mediâ quamvis pallente Dianâ,
Nocturno pellit vigili, si victa sopore
Lumina declinat, custos sanctissima iuxta
Excubat, & longam sedet in statione per vmbram.
Hanc veniens sponsus, cùm iam sententia certa
Damnabitque malos, castosque inducet Olympo;
Solam adeò inquirit, solam sibi poscit habendam.

Non illi sacra virginitas, non nobile quicquam
Servandi postis studium placuisse refertur
Queis fatuæ pariter cum sanâ mente puellis
Certabant, operique bono sua iussa dicabant.
Sed pariles meritis, & sponsi ad summa paratas
Obsequia, una Fides in festo separat actu.
Nempe quod alterius contemto lumine flammæ
Lampadibus propriis pars orbis credit olivo,
Pars alia adscita servat mysteria luce.
Lux hominum est Christus, lux altera lucis ad huius
Quæ ducit radios. Vitamq́; à sole ministrat,
Alma Fides; Felix mihi qui se credidit uni,
Ipsum ego sum Verum, Via vita, Norma Salutis
Clamat Christus amans; accedite fontis ad huius
Dulcia non ullo venalia pocla metallo,
Hinc bibite æternam, reparatâ mente, salutem.
Sic Pater omnipotens Mundum dilexit ut illi
Unigenam sobolem redimendo traderet, ut ne
Ullus ab Electis toto procul orbe periret.
Lex hominem in pœnam numquam extricabilis aufert,
Sponte cadunt merita & veteris fuga maxima culpæ.
Christus ego impletum tanti mysteria monstri
Solus ego ex alto venio; mea maxima vita
Funesto in ligno lethum miserabile obibit,
Ut quicquid sanctorum hominum est sic vivere possit
Censeat ut nostris sibi succursum esse medelis.
Ille ego quem veteris præfatio monstrat Esaiæ
Vestrum adsum scelus & vestras purgare luelas,
Hæc quæ me variis lacerant tormenta flagellis,
Non ego promerui divino corpore ferre,

F[illegible]r honor mea lapsa suis iniuria culpis.
Tantæ patris summi temerata ob crimina legis
Justum est, ut si vestrum reparare laborem
Filius ipse Dei cupiam, vice iura necesse
Sit vestra subiisse cruc[illegible], mortemq; pacisci
At iam hominis [illegible] tantus amor, solia alta pa-
Deserui, verumq; latens in secula fudi, (renti
Stulta superstitio, [illegible] al[illegible]aria cæca
Spirituum infuso procul orbi lumine cedunt.
Iamque renatus homo, novæ inordia nobile vitæ
Pectus agit, sanctiq; capax sermonis ab alto
Discit amare Deum, præsentia temnere discit,
Nosse salutiferum pignus, nosse ardua vitæ
Cœlestis, decora & ventura gaudia palmæ.
His iam pro meritis, pro tanta mole bonorum
Nil posco nisi, CREDE mihi: nolo ardua pridem
Quamvis cælesti quondam, sacra, condita iussu.
Sola Fides hæc dona potest, hac prendere dicta.
   Non hæc iam nudo sapientia dia profatu
Proponit miseris, sed & alto condita iure
Iurando firmata dedit; certissima forma est:
Per vitam tibi iuro meam (sunt carmina Christi)
Quicunq; in nostrum Nomen vitamq; Necemque
Credideris, fient dicta fide, potiere salutem.
   Interea iam ubi sunt larvalia dicta furentum,
Ibo ego præcipiti desertum secula cursu,
Corpus ut infelix magno tortore fatigem.
Ibo ego sanctorum properans fana omnia circum,
Omne latus mundi trepidis percurrere plantis,
Ædificabo aulas, multis proventibus aras
Augebo, sacrosque locos venerabor, & ossa
Functorum procerum magna Pietate novabo.

Instituam fero quae, Regula, certa Nepoti
Det nostro exemplo caeli ad sublimia cursum.
Vota Deo, sanctisq; Dei, quae nuncupo amicis
Posteritas uti nostra colat, sacrisque Levitis
Magnificis adsit donis, testamine sancto
Prospiciam, moriens certa me veste notabo
Ut nequeant hostes fugientem prendere tetri.
Mille alias operumq; vias, Merita inclyta certa
Constituam, magnoq; adero mihi ad omnia censu,
Ut felicem animam choreis caelestibus indam.
Jam qui prima Dei vidisti oracula Christi
Ad sua per solam poscentis secla suorum
Regna fidem; quis caetera ais non esse superbi
Insultus Satanae, & vacua deliria larvae?
Tune quod omnipotens proprio sibi sanguine fuso
In mortem peperit, cuius pretiumque decusque
Mille omnes mundi nequeant comprendere solo
Intuitu, ne dum certa ratione tenere.
Tune pudore carens, & nescia larva salutis
Hoc tam ridiculus tam rebus subdis ineptus,
Stultior ut fatuo videat deliria quovis?
Quid tua futilitas, quid corporis usus inertis
Quid consutarum mille improba tegmina fraudum,
Quid moles exstructa alto, quid cursus in orbem
Insans, quid mille modis ridenda priorum
Foeda superstitio, quae manibus addit odores
Thuriferos, atq; ossa Dei pro numine adorat,
Quid faciant, uti mens purgata a crimine primo
Insita deponat veteris vestigia culpae?
Ah miser, & Christi nomen gentemque fateris
Et liquido Satanam curasti in flumine Regem
Usque adeo caecus morum, vitaque tuique

Servitium ut dirum nec in his agnoscere possis:
Quo te pura Dei quo Gratia pura IEHOVÆ
Exemit Christi; nec in his stant crimina culpis.
Ecce ferox contra sensus hominemque Deumque
Scripturæque omnis pondus, certasque loquelas
Infernas inter pœnas, summamque salutem.
Ædificat medios fallax conclusio postes.
Stridenteis flammis, & mille in tormina crudas
Corporis à cultu mentes, sine lege vocantes,
Ni qua suis sese meritis, dum vita manebat,
Demserit è numero flammæ in cava longa ruentum.
Huc, inquit, purganda animarum huc undiq; cursu
Præcipiti natura ruit: pro crimine vitæ
Quæque suos patitur manes, quæq; ignea sentit
Fornace in magnâ veteris purgamina culpæ
Donec in albentem de nigro excocta colore
Transvolet in cælum & gremio sese inferat Abræ.
At quid mentis habes Christi qui talia credis
Discipulus? persuasa tibi vis dicere; forte est
Somnia ut, dicas, vacuas ludentia mentes:
Namque ego vix usquam sanis cum sensibus ullum
Christicolam superesse putem, qui turpia larvæ
Ludicra Tartareæ non hoc in figmine cernat.
Dic mihi quæ Ratio baptismatis orgia servat:
Cur peccata cuique sua hoc in tempore vitæ
Credenti Christo benedictio sacra remittat?
Cur qui firma fide sibi pectora condita soli
Crediderit istbic, totam sperare salutem
Post obitum, non una iubet de codice sacro
Lectio, sed constans totius Regula veri,
Vitaque quæ nulla est anima, vel corpore iuncto;
Tu tres infelix, infelicissime, condis

Corpus vt absentem non sentiat aspera functum
Ferre animam, quæ si peccavit corpore in ipso
Peccavitque habitans, & eidem hoc intulit iræ.
Certe adeò si quid meritis morientis IESV
Et culpam uno omnem sponsæ delentis honore
Adversum fingive potest, aut voce profari,
Quod simul & cunctis se sensibus undiq; totam
Opponat, facile est scelerato huic tradere palmam
Figmento Satanæ; qui noctescentibus almæ
Cum studiis sophiæ, variis sese artibus hostem
Offerret stridensque dolis & fulmine pugnax.
Sacrificis fatuis, sed in unum hoc denique factis,
Infelicem auri ingluviem, fœcundaque habendo
Iniecit simulacra parandum ante omnia census.
Ut vita in turpi longè thalamoque focoque
Otia lenta libidinibus luxuque foverent.
Hi miseram in plebem, nullâ non arte trahendam
Dogmata severunt, miseris ut manibus auro
Subveniant maiorum, & vitam his ære reponant.
Scilicet, vt primum sonat aspera lamina Saxo
Illicet igne procul medio è purgamine flammæ
Suffiliat celsoque Anima hinc succedat Olympo.
Quid scelerum indulsisse sibi Satanæ improba capta
Rite neges, si quis tot sæcula talibus orbem
Illusisse vides nugis? Quæ Gratia Christi est?
Fons ubi inexhausta Pietatis, ubi alta cruoris
Effusi merita: & fixum atro ex hoste tropæum:
Scilicet hæc te caussa mori, tua maxima cæpta
Inde adeò à facto voluit detexere mundo,
Alme Deus, Deus alme, vti quæ reparatio gentis
Humanæ Christi solo tibi sanguine constat,
Trudat eam in fœdi Satanæ Lex carceris vmbram

Excutiatve paternum animum, curamve fidelem
Degeneris sobolis, nec in isthac crimina facta?
Aspice quæ Paulus sanctique uno ordine Patres
Instrumenti adeò, iubeant faciantque recentis.
Inde usque à primi devexo tempore Christi.
Nempe inter vivos vivi vixere, nec umquam
Secessu populum aut actus damnasse quiete
Invenies, missos ideò ut lux dogmatis alti
Splendorem latè traheret, tenebrasq́; fugaret.
Ipsa etiam veri loquitur sic Regula, Christus,
Lux coram populo, date, luceat indita vobis,
Ut nemo illustrem densâ sub nocte lucernam
Abscondit super impositi curvamine saxi,
Sed liquidum iubar in mediis latè ædibus altam
Spargere dat lucem, & vestire patentia tecta.
Hæc Fidei ratio est, quæ cùm semel ardua cœpit
Pectora fructiferis floret nitidissima ramis.
Atque adeò è fructu dubiam cognoscere ius est.
Nempe uti nec spinas flavam producere aristam,
Nec lolium infelix uvis turgere videbis,
Sic poterit verè castis se moribus, & qui
Rite Deo placeant, nemo præponere vulgo.
Sint nisi corda Fide penitus munita serena
Sic neque sancta Fides diris in moribus umquam
Invenienda habitat. Non cassa vocabula rerum
Hærent in numeris & lubrica carmina volvunt.
Fida comes Virtus operum est intrinseca, nec se
Furatur visu aut externis distinet actis.
Non tamen ut vitæ strictus variabilis ordo
Aut rudis & nullo non tempore tristis imago
Curarum, exeso virtutem in corpore ponat,
Salvificam: cum magna animæ hic vertatur & adsit
Non

Non frustra quæsita salus; non membra nec agra
Illuvies cratis tantum expendenda subibit
Quantum mentis honos, & conscia numinis alti
Sancta Fides, quæ cum cruce calica vita pependit
Astitit à latere & roseum bibitura cruorem
Excepit calice insigni, quem postera secla
Mandatum seris coluere nepotibus, & per
Omne colent ævum, Dominoq; in fine probabunt.
Hinc tot Martyribus constans illustre corona
Sidus agit cœlo, atque exempla sequentibus offert.
Hunc calicem innumeri primorum millia cœtus
Heroum sanxere suo per tormina letho.
Nemo operum meritis aut surdo nisus honore
Sed decore immenso Fidei, quæ rapta caducis
Horrentum tenebris rerum, dabat incluta cælo
Lumina: præsenti quamvis iam corpore mundo
Non sine luce tamen mira, mortalis adesset
Mens tamen in Christi longe seducta nitebat
Vulneribus, spretis tortoribus, & nece temta.
Quod si inter cunctis miracula dedita seclis
Unum aliquid velis excipere & dare catera pone,
Hoc recta ratione queas, hoc ordine certo
Eligere, ut reliquis magè mirum & nobile cunctis.
Quod mortalis homo, lutea compage coactus,
Auxiliis nullis, medio in terrore minarum,
Præsentemque necem tormentaque maxima, diris
Exquisita modis, atque ingeniosa dolorum
Instrumenta, tot artificum conlata labore,
Tot sævis instructa dolis, igniqueparata,
Sponte animo egregio, non ullo turbine quassus
Temserit, atque ipsam properarit prendere mortem.
Saltem ut concepta Fidei fiducia magnes

Seruat, & alterius se inopem solatur olivo.
At cum præcipiti venit hora suprema tumultu
Et sponsum præsentem omnis chorus æthere toto
Sanctorum sequitur procerum; delira caterua
Dum palans animi mercatum hinc indeque currit,
Amittit tempusq; suum, finemque salutis.
Sic stat noscendi felix sententia fati.
Est olei quæ forma, quis altæ lampadis ordo,
Quæ ratio maneat, parvi vt stilla ignea olivi
Sustineat vitam, vero sermone docendum est.
Pars adeò adversans Fidei, dare promta decorem
Humanis meritis, quamvis cum dogmate toto
Christiani pugnet, quod demonstrauimus, orbis.
Absurdis tamen hæc cumulat quoq; frivola nudis,
Et meritis iisdem, censuique operum omne bonorum
Adscribant pignus, seque hoc sermone fatigent.
Lucet vt in facili flamma flos lampade felix:
Sic operum lucere bonorum exempla necesse est,
Vt felix iter optatum contingat Olympum.
Sed fatui non de igne isthic, non lumine flammæ
Sermo merus, super est oleo sententia Christi.
Vt iam expers olei non vlla in lampade flamma est,
Sic nisi clara Fides felici proflua corde
Res operum cernat, sordent procul omnia cæpta,
Deficiunt Ratioque & Gratia credita Christo.
Hac tenebras, mediâ quamvis pallente Dianâ,
Nocturno pellit vigili, si victa sopore
Lumina declinat, custos sanctissima iuxta
Excubat, & longam sedet in statione per vmbram.
Hanc veniens sponsus, cùm iam sententia certa
Damnabitque malos, castosque inducet Olympo;
Solam adeò inquirit, solam sibi poscit habendam.

Non

Non illi sacra virginitas, non nobile quicquam
Servandi postis studium placuisse refertur
Queis fatuæ pariter cum sanâ mente puellis
Certabant, operique bono sua iussa dicabant.
Sed pariles meritis, & sponsi ad summa paratas
Obsequia, una Fides in festo separat actu.
Nempe quod alterius contemto lumine flammæ
Lampadibus propriis pars orbis credit olivo,
Pars alia adscita servat mysteria luce.
Lux hominum est Christus, lux altera lucis ad huius
Quæ ducit radios. Vitamq; à sole ministrat,
Alma Fides; Felix mihi qui se credidit uni,
Ipsum ego sum Verum, Via vita, Norma Salutis
Clamat Christus amans; accedite fontis ad huius
Dulcia non ullo venalia pocla metallo,
Hinc bibite æternam, reparatâ mente, salutem.
Sic Pater omnipotens Mundum dilexit ut illi
Unigenam sobolem redimendo traderet, ut ne
Ullus ab Electis toto procul orbe periret.
Lex hominem in pœnam numquam extricabilis aufert,
Sponte cadunt merita & veteris fuga maxima culpæ.
Christus ego impletum tanti mysteria monstri
Solus ego ex alto venio; mea maxima vita
Funesto in ligno lethum miserabile obibit,
Ut quicquid sanctorum hominum est sic vivere possit
Censeat ut nostris sibi succursum esse medelis.
Ille ego quem veteris præfatio monstrat Esaiæ
Vestrum adsum scelus & vestras purgare luelas,
Hæc quæ me variis lacerant tormenta flagellis,
Non ego promerui divino corpore ferre,

F[illegible]r hono[r] mea lapsa suis iniuria culpis.
Tanta patris summi temeratæ ob crimina legis
Iustitia est, ut si vestram reparare laborem,
Filius ipse Dei cupiam, vice iura necesse
Sit vestra subiisse cruc[is], mortemq; pacisci
At iam hominum [illegible] tantus amor, solia alta pa-
Deserui, verumq; latens in secula fudi, (*rentis*
Stulta superstitio, & [illegible] altaria cæca
Spirituum infuso procul orbi lumine cedunt.
Iamque renatus homo, novæ inordia nobile vitæ
Pectus agit, sanctiq; capax sermonis ab alto
Discit amare Deum, præsentia temnere discit,
Nosse salutiferum pignus, nosse ardua vitæ
Cœlestis decora & ventura gaudia palmæ.
His iam pro meritis, pro tanta mole bonorum
Nil posco nisi, CREDE mihi: nolo ardua pridem
Quamvis cælesti quondam, sacra, condita iussu.
Sola Fides hæc dona potest, hac prendere dicta.
Non hæc iam nudo sapientia dia profatu
Proponit miseris, sed & alto condita iure
Iurando firmata dedit; certissima forma est:
Per vitam tibi iuro meam (sunt carmina Christi)
Quicunq; in nostrum Nomen vitamq; Necemque
Credideris, stent dicta fide, potiere salutem.
Interea iam ubi sunt larvalia dicta furentum,
Ibo ego præcipiti desertum secula cursu,
Corpus ut infelix magno tortore fatigem.
Ibo ego sanctorum properans fana omnia circum,
Omne latus mundi trepidis percurrere plantis,
Ædificabo aulas, multis proventibus aras
Augebo. sacrosque locos venerabor, & ossa
Functorum procerum magna Pietate novabo.
Isti-

Instituam sero quæ, Regula, certa Nepoti
Det nostro exemplo cæli ad sublimia cursum.
Vota Deo, sanctisq; Dei, quæ nuncupo amicis
Posteritas uti nostra colat, sacrisque Levitis
Magnificis adsit donis, testamine sancto
Prospiciam, moriens certa me veste notabo
Ut nequeant hostes fugientem prendere tetri.
Mille alias operumq; vias, Merita inclyta certa
Constituam, magnoq; adero mihi ad omnia censu,
Ut felicem animam choreis cælestibus indam.
Iam qui prima Dei vidisti oracula Christi
Ad sua per solam poscentis secla suorum
Regna fidem; quis cætera ais non esse superbi
Insultus Satanæ, & vacuæ deliria larvæ?
Tune quod omnipotens proprio sibi sanguine fuso
In mortem peperit, cuius pretiumque decusque
Mille omnes mundi nequeant comprendere solo
Intuitu, ne dum certa ratione tenere.
Tune pudore carens, & nescia larva salutis
Hoc tam ridiculis tam rebus subdis ineptis,
Stultior ut fatuo videat delira quovis?
Quid tua fictilitas, quid corporis æstus inertis
Quid consutarum mille improba tegmina fraudum,
Quid moles exstructa alto, quid cursus in orbem
Insani, quid mille modis ridenda priorum
Fœda superstitio, quæ manibus addit odores
Thuriferos, atq; ossa Dei pro numine adorat,
Quid faciant, uti mens purgata à crimine primo
Insita deponat veteris vestigia culpæ?
Ah miser, & Christi nomen gentemque fateris
Et liquido Satanam curasti in flumine Regem
Usque adeo cæcus morum, vitaque tuique

Servitium ut dirum nec in his agnoscere possis:
Quo te pura Dei quo Gratia pura IEHOVÆ
Exemit Christi; nec in his stant crimina culpis.

Ecce ferox contra sensus hominemque Deumque
Scripturæque omnis pondus, certasque loquelas
Infernas inter pœnas, summamque salutem.
Ædificat medios fallax conclusio postes.
Stridenteis flammis, & mille in tormina crudas
Corporis à cultu mentes, sine lege vocantes,
Ni qua suis sese meritis, dum vita manebat,
Demserit è numero flammæ in cava longa ruentum.
Huc, inquit, purganda animarum huc undiq; cursu
Præcipiti natura ruit: pro crimine vitæ
Quæque suos patitur manes, quæq; ignea sentit
Fornace in magnâ veteris purgamina culpæ
Donec in albentem de nigro excocta colore
Transvolet in cælum & gremio sese inferat Abræ.

At quid mentis habes Christi qui talia credis
Discipulus? persuasa tibi vis dicere; forte est
Somnia ut, dicas, vacuas ludentia mentes:
Namque ego vix usquam sanis cum sensibus ullum
Christicolam super esse putem, qui turpia larvæ
Ludicra Tartareæ non hoc in figmine cernat.

Dic mihi quæ Ratio baptismatis orgia servat:
Cur peccata cuique sua hoc in tempore vitæ
Credenti Christo benedictio sacra remittat?
Cur qui firma fide sibi pectora condita soli
Crediderit isthic, totam sperare salutem
Post obitum, non una iubet de codice sacro
Lectio, sed constans totius Regula veri,
Vitaque quæ nulla est anima, vel corpore iuncto;
Tu tres infelix, infelicissime, condis

Corpus vt absentem non sentiat aspera functum
Ferre animam, quæ si peccavit corpore in ipso
Peccavitque habitans, & eidem hoc intulit iræ.
Certe adeò si quid meritis morientis IESV
Et culpam uno omnem sponsæ delentis honore
Adversum fingive potest, aut voce profari,
Quod simul & cunctis se sensibus undiq; totam
Opponat, facile est scelerato huic tradere palmam
Figmento Satanæ; qui noctescentibus almæ
Cum studiis sophiæ, variis sese artibus hostem
Offerret stridensque dolis & fulmine pugnax.
Sacrificis fatuis, sed in unum hoc denique factis,
Infelicem auri ingluviem, fœcundaque habendo
Iniecit simulacra parandum ante omnia census.
Ut vita in turpi longè thalamoque focoque
Otia lenta libidinibus luxuque foverent.
Hi miseram in plebem, nullà non arte trahendam
Dogmata severunt, miseris ut manibus auro
Subveniant maiorum, & vitam his ære reponant.
Scilicet, vt primum sonat aspera lamina Saxo
Illicet igne procul medio è purgamine flammæ
Suffiliat celsoque Anima hinc succedat Olympo.
Quid scelerum indulsisse sibi Satanæ improba cæpta
Rite neges, si quis tot sæcula talibus orbem
Illusisse vides nugis? Quæ Gratia Christi est?
Fons ubi inexhaustæ Pietatis, ubi alta cruoris
Effusi merita: & fixum atro ex hoste tropæum:
Scilicet hæc te caussa mori, tua maxima cæpta
Inde adeò à facto voluit detexere mundo,
Alme Deus, Deus alme, vti quæ reparatio gentis
Humanæ Christi solo tibi sanguine constat,
Trudat eam in fœdi Satanæ Lex carceris umbram

Unde dato exemtam vox asse reducat ad astra
Sacrifici? Sic nempe tui docuere minores
Scilicet, hoc sancti monstrant Oracula cœtus,
Hoc & Apostolicæ pridem docuere cathedræ.
Hei mihi quas tenebras quæ rerũ oblivia passa est
Non alio certè fœdarum examine rerum,
Quam quod seposito se dogmate Codicis almi
Humanis mersere logis, unde infima summis
Mixta diu iacuere; Fides germana pependit
In dubio, Spes & Charis, orba lumine claro,
Claustraleis coluere situs, in messe maligna
Verorum Christi servorum, ad tempora prisca.
Nunc quoq; cum radiis florentibus undiq; priscus
Instauratur honos, exemplisq; perfida cessant, [illegible]
Non tamen hac animis miserorum, hac moribus
Evelli valet, ut fixa in præcordia regnans
Nixa suis animis Persuasio, neclecta Christi
Æternis meritis opera infelicia vitæ.
Vita suis numeris, ut Christi [illegible] con[illegible],
Lenis eat facilisque, nec ullo in crimine pugnet:
Spiritus iste, cui, Christi, servimus, [illegible],
Servilis non est; sed in hoc fiducia felix
Ut Patrem complexa Deum; quodcunque rogamus
Utile præstò aderit; super omnia certa salutis
Æterna Ratio est, utcunq; hic mobile corpus
Fluctuet afflictamq; trahat per tristia mentem
Celsa operum Regina Fides, Regina Bonorum
Exactrix operum, Christo probat omnia facta.
Nempe nihil faciet quod huic neget esse decorum,
In quo spirat amans, in quo illius optima vitæ
Gaudia iam vivens isthac in valle dolorum
Participat, nulloque manet turbanda tumultu.

Nullus

Nullus ad hanc animi penetrat [illegible] asłus.
Non fortuna ruens, non blanda [illegible]upias.
Cuncta Creatorisq́ Redemtorisq́ po[illegible]
Postponit meritis, & in hoc sib[illegible]
Ficta procul Pietas & sordida cura lab[illegible]m,
Et stricti in corpus stimulis satis undique levi-
Erroris vafer hostis agit; nullo ordine constat
Ordo, procul rebus, succedere vilibus antris,
Esurare homines, benè qui sibi vivere credit
Vivat & ille aliis, aliisq́, hanc ordine vitam
Hortando fessos, pigris instando, coronet
Fine bono, sertumq́, ferat, quod maximus auctor
Ostentat cælo nunquam marcentibus aptum
Floribus, & liquida constans virtute per ævum.
Non Labor hæc promissa tenet non arduus illis
Aspirat patricida sui: Bene maximus auctor
Plurima disposuit mundo, grataq́, fruenda
Mente dedit miseris, hæc sunt capienda, nihilque
Numinis adversum sacros licet edere missus.
Tantũ etenim est, tãtumq́, mali fert temnere pulcrũ
Quam fætum laudare, eadem data gratia utriq́, est:
At furor infelix miserorum & prodiga mentis
Dira superstitio, quibus iram provocat in se
Cælestis Domini meritis hæc addere gestit,
Et turpem assuto centonem fingere panno.
Usus inest rebus, & dulcis gratia cunctis,
Quæ vocat in numeros animum curamque relictos,
Ut suavi satie perculsi ante omnia discant
Mortales miseri tantorum operumque bonorumq́,
Ingentem laudare Patrem, qui mitia rebus
Lumina deflectat cella sub nocte iacentum
Nec tantis culpis nec tantâ mole laborum

Excutiatve paternum animum, curamve fidelem
Degeneris sobolis, nec in isthac crimina facta?
Aspice quæ Paulus sanctique uno ordine Patres
Instrumenti adeò, iubeant faciantque recentis.
Inde usque à primi devexo tempore Christi.
Nempe inter vivos vivi vixêre, nec umquam
Secessu populum aut actus damnasse quiete
Invenies, missos ideò ut lux dogmatis alti
Splendorem latè traheret, tenebrasq; fugaret.
Ipsa etiam veri loquitur sic Regula, Christus,
Lux coram populo, date, luceat indita vobis,
Ut nemo illustrem densâ sub nocte lucernam
Abscondit super impositi curvamine saxi,
Sed liquidum iubar in medius latè ædibus altam
Spargere dat lucem, & vestire patentia tecta.
Hæc Fidei ratio est, quæ cùm semel ardua cœpit
Pectora fructiferis floret nitidissima ramis.
Atque adeò è fructu dubiam cognoscere ius est.
Nempe uti nec spinas flavam producere aristam,
Nec lolium infelix uvis turgere videbis,
Sic poterit verè castis se moribus, & qui
Rite Deo placeant, nemo præponere vulgo.
Sint nisi corda Fide penitus munita serena
Sic neque sancta Fides diris in moribus umquam
Invenienda habitat. Non cassa vocabula rerum
Hærent in numeris & lubrica carmina volvunt.
Fida comes Virtus operum est intrinseca, nec se
Furatur visu aut externis distinet actis.
Non tamen ut vitæ strictus variabilis ordo
Aut rudis & nullo non tempore tristis imago
Curarum, exeso virtutem in corpore ponat.
Salvificam: cum magna animæ hic vertatur & adsit

Non

Non frustra quæsita salus; non membra nec ægra
Illuvies cratis tantum expendenda subibit
Quantum mentis honos, & conscia numinis alti
Sancta Fides, quæ cum cruce calica vita pependit
Astitit à latere & roseum bibitura cruorem
Excepit calice insigni, quem postera secla
Mandatum seris coluere nepotibus, & per
Omne colent ævum, Dominoq; in fine probabunt.
Hinc tot Martyribus constans illustre corona
Sidus agit cœlo, atque exempla sequentibus offert.
Hunc calicem innumeri primorum millia cœtus
Heroum sanxere suo per tormina letho.
Nemo operum meritis aut surdo nisus honore
Sed decore immenso Fidei, quæ rapta caducis
Horrentum tenebris rerum, dabat incluta cælo
Lumina: præsenti quamvis iam corpore mundo
Non sine luce tamen mira, mortalis adesset
Mens tamen in Christi longe seducta nitebat
Vulneribus, spretis tortoribus, & nece temta.
Quod si inter cunctis miracula dedita seclis
Unum aliquid velis excipere & dare catera pone,
Hoc recta ratione queas, hoc ordine certo
Eligere, ut reliquis magè mirum & nobile cunctis.
Quod mortalis homo, lutea compage coactus,
Auxiliis nullis, medio in terrore minarum,
Præsentemque necem tormentaque maxima, diris
Exquisita modis, atque ingeniosa dolorum
Instrumenta, tot artificum conlata labore,
Tot sævis instructa dolis, ignique parata,
Sponte animo egregio, non ullo turbine quassus
Temserit, atque ipsam properarit prendere mortem.
Saltem ut concepta Fidei fiducia magnos

Iret in eventus, ſperataq; gaudia, nullis
Viſa oculis, numquam mortalibus auribus hauſta,
Tangeret acer amor: celſi ſtupuere Catones
Curiaq; antiquo pollens Romana Senatu.
Nil tale auditum ſeclis, ut corpore clauſa
Mens etiam, tamen in ſuperos excederet æſtus
Mortem ipſam cupiens venturæ nomine vitæ.
Hic confuſa iacet Ratio, virtutis amaræ
Delicuere ſitus, quæſita laboribus ægris
Compoſiti vis magna animi, maioribus iſthic
Urgeri ſtimulis confeſſa, in ſe ipſa receſſit.
Nec gravibus placuit divinum inducere dogma
Conſiliis, ſed prima ſacræ cunabula ſectæ
Piſcantum ſtruxere chori; ſed maxima virtus
Continuò mundum atq; ipſam contemnere mortem
Edocuit ſuperante Fide. Baptiſmate ſacro
Spiritus excelſo rapidus veniebat Olympo,
Purpureas vibrans linguas, & nectare mentem
Vivo adolens; procul omne mali Geniiq; Luisq;
Adventum procerum nomen fugiebat, & atrox
Artubus obſeſſis morborum exercitus ibat,
Donec in immenſum, parvis oriunda latebris
Excrevit virtus, & in ipſa altaria regnans
Dirorum Lemurum, ſceptra ipſa, auroq; coronas
Suſtulit inſignes, Chriſti ad præſepia prædam.
Verſa hominum ſtudia, & longum quæſita per ævum
Irrita quæ multis fuerat ſpaciisq; lociisq;
Paruit in lucem generoſi Regula Veri.
Non humano opere aut ullo potiunda labore
Sed divina trahens celſi commercia cæli.
Quod ſi exhinc procerum collegia magna videbis
Quæ ſuper exorta firmataq; undiq; pulchrè

Relligione Dei normas sanxere salubres.
Non operum fixere iuga, aut vinxere fideles
Præscriptis cætus ut constent rebus agendis.
[illegible]ia sed sacri scrutanteis Codicis acta
In numeris unam statuere ex mœnibus arcem
Quam Nicea potens ter centum Patribus aptam
Descripsit seclis, servantq; hac lege Nepotes
Posteritas nullis velit ut temerare sub annis.
Hac comprensa omnis Christi doctrina tenetur,
Servat & invictum contra omnia fulmina pondus.
Hac olim ipse Oriens, hac Occasusq; viaq;
Australes vixere Deo: post perfidus hostis
Abstraxit partem meliorem. Orientis habenas
Dirus Arabs, monstrum fæcunda turpius hydra,
Abripuit lacerans, fœdisq; altaria Christi
Spurcauit manibus, cui fabula mollis inerteis
Instruit in luxum Cælos, ipsumq; tonantem
Monstrificis culpis & prodigialibus actis
Subdidit, incestans sancta mysteria Legis.
Ægra Superstitio tetris innisa relatu
Historiis, adeo partes stupefecit Eoas
Ut vix sanctifici parvas sit visere verbi
Relliquias, inter gentis regna ardua dira.
Ipsum adeo solium Iudæ, montemq; Davidis
Trux furia insedit, stabulisq; immanibus aras
Opprimit atq; auro vendit spectacula Christi.
Parte alia invertit meritorum laude malorum
Hesperii partem Mundi; ut vix ultimus almæ
Doctrinæ superesset apex, claustralia cuncti
Ore celebrabant opera, effectuq; probabant.
Interea quasi victa Fides, quasi serva sinistræ
Succubuit sorti, & se carcere texit iniquo.

Regnabant ficta nullo sub vindice lites.
Et schola sub stolidis marebat lusa sophistis.
Ille altercantes immani murmure circum
Principia, aeterno non expedianda labore,
Impia Aristotelis ducebant dogmina Christi
Inpura nixas animi pietate loquelas,
Ut facerent sine mente Chaos sine lumine noctem.
Palabant artes, studii palabat honesti
Ardor, & uno omnis languebat tempore Pallas.
Cuius deliciis & comtae fulgure linguae
Egregii quondam Proceres, sanctissimus ordo,
Ambrosiusque parens Augustinusque Sacerdos,
Et Stridonis honos, & mille vocabula Patrum
Pugnarant contra sectarum immania secla.
Namque adeo hac constans divini regula fati est
Cum tenebras sanctis inducunt nubila libris,
Imminet & nostris Poena nox improba noxis
Hac primum omnipotens studia hac convellere saevo
Permittit Satanae, quae Libertatis honorum
Nomen habent, animosque electis floribus ornant
Dicendique vias, scribendique orgia comunt.
Lectio quae priscis tradit scriptoribus haerens
Illustratque novis, orbemque absoluere perstat.
Viderunt mihi dicta istis persaepe parentes
Viderunt atavi; nostro quoque forsitan avo
Imminet ista lues, scelera ut deformia crescunt,
Decrescit Pietas, virtusque effloruit omnis.
Sic cum face gravi purganda Ecclesia tandem
Centum retrò annis veteres gestiret ademto
Exsuvias renovare situ; procul omnis in artes
Surrexitque Europa novas, veteresque libellos
Excussit latebris, & trans mare laeta cucurrit

Hellados

Hellados ut prisca tot iam interrupta malignis
Fragmina naufragiis aliquos servaret in usus.
Hinc disciplina veteres, & culta Poesis
Historieque fides seclis melioribus ingens,
Evexere caput, redivivaque nomina Roma
Florentis quondam Gothicas fugere latebras.
Jam cum luce Dei, iam cum Pietate Fideque
Omne licet doctis avum condiscere eartis.
Quicquid ab immenso velut atra turbine nubis
Diluvium infelix veterum dedit esse superstes
Librorum, redit in vitam; celerique notatum
Scribitur arte typis; quam sera in secula certa
Seposuit pater Omnipotens Ratione latendi:
Scilicet ut cum iam rerum super ultima finis
Immineat, restetque nihil, nisi Iudicis almi
Adventus, quem sancta cohors super omnia poscit,
Dedita voce nova, & cunctis bene condita linguis
Ut quondam vivo procerum sermone docentum
Sic Evangelii molli lux apta papyro
Nunc iterata velut latus omne perambulet orbis.
Iam proprio fruitur sacrarum interprete legum
Quondam barbarie Teuto damnatus agresti,
Nec Latii gnarus, nec Graii conscius oris.
Nunc etiam Hebraeo pollens idiomatis usu,
Invidia Europa, Gallorum aptissima cantu
Nunc Venus in dociles cogit Psalteria rhythmos
Hispani gravitas oris atque Itala Peitho,
Pro se quaque voluminibus dant orgia sanctis.
Non Scotico sermone carent non maxima Daco
Scripta Dei, his iisdem gaudet Regale Britani
Judicium Indigetis, & nobilis aula Poloni,
Vandalia Hungariaeque urbes & Principis Istri

Atq; utinam ut studiis melioribus omnia fervent
Regna Ducum, Christoq; viget rata gloria vatum
Sic Fidei sanctæ, atq; animæ se cultibus addant
Decepti Proceres, quorum nunc optima rebus
Portio in humanis ponit sibi nobile votum
At non prisca virûm sic secula, maxima palma
Nominis æterni, per quod via reddita olympo est.
Gloria danda Deo, non in puerilibus illa est
Invenienda operum meritis, cum feceris omne
Quod potuisti, inquit sapientia maxima; dic te
Nullius precii servum, quia feceris isthuc
Quod facere officiiq; tui pœnæq; manebat.
Hic ubi vis meritorum? ubi magni gratia facti
Erogat alterius quod inutilis usibus auctor?
Et quasi mercatu cœlum venale reponit?
Ah miser & tibi non miserabilis optima, quondam
Portio factorum faciendorumq; bonorum.
Te studeas, te discasq; volens, tua fata revolvas
Mente Deum amplexa, quod huic debere tibiq;
Sic reliquum, agnoscas; nec in isto tempore propter
Res vacuas, unoq; procul tibi nomine raptas,
Deserere ipsum te & Mediatorem, improbe, certes.
Hic locus est retrò redeundi, hæc orbita, iuxta
Angustam quam cernis & arcto tramite clausam.
Vita via est, via perpetua dulcissima vita est
Constans lege sua, verò subnixa, Deiq;
Ipsius eloquio, qui cum simul omnia possit;
Fallere te nescit; contra sua maxima dona
Nil ex te prorsus, nil in te poscit habendum
Præterquam ut credas bene velle & posse parentem,
Factoremq; tuum, qui non contentus utroq;
Nomine, virgineos cælo descendit in artus:

Factus

Factus homo est: stupet omne hominis mysteria calum:
Indigetes superi, Cherubin. Seraphinq;, volucres
Siderei, datus aeternis exercitus astris,
Ut mandata Patris totum laturus in orbem,
Tanta tui merito tibi sit reverentia cultus.
Nunc te Christe Deus, mihi Homo, tibi maxima re-
Maiestas, flexo cum poplite pronus adoro, (rum
Da te posse sequi, da diras fallere technas
Antiqui Serpentis, & aerumnabile pulcra
Spernere mente Chaos, aerumnisq; omnibus altum
Erexisse caput, ut qui te sancta magistro
Orgia suscepi sacri baptismatis, in te
Inq; t[illegible] mea fata Fide decurrere possim.
U[illegible] miserum hoc & ineluctabile corpus
[illegible] humus patrium in gremium sperataq; semper
[illegible] recondiderit, men[illegible] i tua maxima virtus
[illegible]dijt, & e stabulo hoc calestem asciscat in aulam
[illegible] nunquam variare Fidem, da pectore laeto,
Te fratrem colere, atq; tuo me sanguine nisum.
Omnia quae video contemnere, flere caducis
Innexas studiis culpas, te gaudia viso
In nova perpetuis mentem componere dictis.
Interea dum quotidie mea tempora mecum
Decrescunt, conorq; aliquid me dicere maius,
Hoc quoq; sit vestris acceptum altaribus oro,
Vile licet donum, tua quod mihi gratia, per me
Exsorti, dedit, arbitrii sanctiq; boniq;.
Alma Fides, Regina aevi, Lex alma salutis.
Sua vatem juxta atq; alio iam gaudia voto
In divina fave; non est cessare canentem
Dum reget hos Christi Laudator Spiritus artus.

DE CONSTANTIA

LIBER PRIMVS.

NON ego te priscis, excitem, diva, latebris
Trans mare in Hesperiæ ducam penetralia Musæ.
Quanquam, vatis inops, tot secula moribus ipsis
Vix aliquod nomen nostro tibi manserit ævo.
Usque adeo Levitas, urbanaq; copia fandi
Ridiculaque animi choreæ, cæcique tumultus,
Cum variæ vultu sortis, cum turbine blando
Decepere homines; ut in ipso vulnera morbo
Ex aliis alia inquirant, seque omnibus addant.
Sed mea te Pietas, nativo ut carmine primam
Intuitus, cœpi sanctis ascribere divis,
Depinget numeris, & Posteritatis amori
Suavibus acceptam dictis in secula mittet.
Cum primum Pater omnipotens mortalia culpis
Exsuere infandis voluit discrimina vitæ;
Spemque Fidemque dedit miserans, jussitque colendas
Suspicere, & spretis cælestia amare caducis,
Invictum insevit menti decus, aspera contra
Tempora, quæ dubiis miscere pericula jussit
Turbinibus; secura sui ne pectora prono
In vitium abscessu ruerent, oblita futuri.
Hoc uti præcipuè robur penetralibus ipsis
Concipias, & mente tua tibi in omnibus adsis;

Ne te

Ne te cæcus Amor pollentum ducat Honorum
Neve opibus credas aliquid boni inesse parandis.
Parte Voluptates alia contemnere pulcrum est,
Internisque bonis, nec ab ullâ forte movendis
Pascere mentem animi; quod si hæc tibi Regula constet
Nequaquam magni facies. si fortè locatus
Ad rerum excelsos apices, descendere lævæ
Sortis ab incubitu vilem cogeris in orbem.
Hæc etenim Ratio est cunctorum fixa deorum
Queis externa animum dementit gloria fuscans,
Vt venere, abeunt: quod si quem lurida pascit
Ambitio, volucri Rota turbine vertilis aufert,
Iamque sui oblitus, turbæ se moribus amens
Implicat, atque aliorum in sensibus omnia ponit;
Iam quid credibile est ut Opinio frivola vulgi
Acceptum sapienti aut magna mole petendum
Possideat? cum quotidie stolidissima quæque
Succedant animis, & nil non secula credant.
Sic tamen ut verso tandem se cardine Verum
Exsinuet, speculumque ægrè morientis in umbras
Diffugiat, nunquam reparandi deinde, decoris.
Ecce autem quem scæva auri sitis obsidet intus
Immoritur studio infelix æruginis atræ.
Lusca tuens, non ulla hominis vestigia diro
Invenies animo, nec vitæ larva colendæ
Vtilis, in tenebris ignobile transigit ævum.
At si divitias, si magni munera census
Felicem te posse putas, si reddere recta
Mentis, & in nullo variantem nomine rerum.
Aspice quot contra Reges, quot nomina prisci
Enduperatorum libri tibi dicere possint,
Quorum opibus propriis infausta potentia pessum

 Interiit,

Interiit quam magna virûm se copia ponto,
Et tellure tibi offendet, queis dira cupido
Ipsa magnarum pollens possessio rerum
Flebile pro studiis lethum reparavit amicis.
Læta voluptatum si vis coquit effera corda?
Quam durum est, expende, animo, meliore reducto
Sub juga, decidui se corporis addere brutis,
Ut nullam ratio servet generosa coronam
Æthereæ flammæ, quæ turpi subdita cæno
Pugnat, & interius malefacta nocentia damnat.
Hæc sunt atque alia externis data ludicra rebus,
Assiliant uti mentem altâ sese arce tenentem,
Quæ cum composito solam se robore cernet
Difflabit nebulas rerum, quas ardua tanto
Cura sitit, frustra pallens, mortalis amore.
Nam cum prima sui Constanti a roboris in quem
Fundamenta locat, se celsior omnibus altis
Mens animi erectam patrio componit Olympo,
Acceditque Diis; hinc rerum in secula mittit
Astripotentem oculum, Naturamque omnibus aptam
Perspicit, ut quid sit, quo nomine quæque colenda
Res norit penitus, nec inerret vilibus umbris,
Aut vacuo in motu, aut malè titillante susurro,
Ducibus aut visu faculis, quin omnia sensuum
Trans arcana videt, quid mollis opinio falsi
Assuat unicuique, & naturæ intima turbet.
Hinc cum per totum sibi nil æquabile mundum
Conspiciat, sed cuncta suo data serva decori,
Utitur his, ut corpus eget, ut vita volucris,
Omnibus in punctis, pretio ponenda minuto.
Sese autem eductam rerum squalentibus umbris
Maiori indulget mundo, cœlestia coram

Lumina

Lumina contemplans, æternaque gaudia quærens.
Sic immobilibus nitens Virtutibus in se
Dic mihi quas tenebras metuat, quo turbine contra
Palleat, & stabulis turbet fastigia vitæ?
Nec genus est cladis nec sævæ sortis imago
Ulla, queat fixas animi quæ tangere sedes.
Nempe neces charorum hominum nempe omnis in uno
Turbine versa domus, nempe in penetralibus ipsis
Vis morbi truculenta furens, nempe aspera læsi
Corporis in tormenta animum Constantia firmat.
Gnara quod horum hæc sint generoso à principe fata
Quæque suis data firma locis, & tempore fixo,
Se verò ulterius charam Omnipotentis amori,
His exerceri monitis, hoc robore molles
Excuti ab infracta Mentis virtute labores.
Quin ipsis erecta malis, ipso ordine pestis
Ex[illegible]gat melior, quid enim [illegible] t malè corpus & ægrè
Pec[illegible] labes. se spiritus ingens
Subd[illegible], & consentire malignis
Dedignatus abit; quæ non mer[illegible] videbis
Q[illegible] timuisse velis? Superest Constantia magni
Pector[illegible], atque ipso se opponit denique fato.
Chara Deo, quod digna malis pereuntibus in se;
Cum contra Impietas infelicissima vivat
Hoc uno quod læta sui, quod crimine toto
Vilis, & numquam cursus aversa secundus,
Ne penitam spectare luem aut se vertere retro
Evaleat, tandemque aliqua virtute reponi.
Prisca virûm multis se consultatio libris
Implicuit, sapiendi aliquas ut disceret arteis:
Scilicet alta virûm cum pectora triste viderent
Ludibrium rerum, tum Fortunæ omnia volvi

Præci-

Mollis Otho, mundi qui etiam cum hæreret habenis
Projecit simul Imperium vitamque merentem.
Altior hic ille quod salvo jure recessit
Vivendi, comes esse Fugæ Victoria visa est.
Non sic vera docet magnæ Constantia mentis
Gaudet in extremis, nec fulmine pallet ab ullo:
Hæsit honore suo, seque immortalibus ausis
Perpetuam maculam Cato Cæsaris extrahit ensi.
Quin morere hostili ferro, vel vivere certa;
Numquam animo ingenti melioris transfuga caussæ.
Quod si fata jubent, fatis opponere robur
Invictum fas est, non quod culpabile quicquam
Diaferat miseris sententia; mira sed hujus
Quod ratio, nec morte potest Clementia divum.
Censeri aut Odium, Virtus Pietasque docebunt.
Nec rigor hic excors animi nec dira placendi
Soli cura sibi saxosis quæritur orsis.
Ut vacuis rebus se credere, gloria nulla,
Atque animum vanis fortunæ dotibus altum
Subiicere infandum est; sic in ipsis orbita recta
Virtutis studiis nullâ non lege sequenda est.
Pallidus, & multos affectans intus honores
Duritiæ, non constanti se nomine vendat,
Sed rigidam in cautem aut annosi robora trunci
Faunorum veterum redeat germana propago.
Nec vita nec mente nec exemplo utilis ullo,
Sæva sed incendens peiori fata tumultu,
Iratosque Deos stimulans, pœnasque sequentes.
Contra compositæ felix Sapientia mentis,
Non vita à sensu non sensu diffidet umquam
A vitæ exemplo, blandis sed moribus ingens
Nil metuit, nil certa cupit fatique suique.

Non

Non levis externo percellit pectora plausu
Ambitio, aut numeros quæ torquet. Opinio, veri
Pro captu populi; virosa calumnia quamvis
Perpetuis circum lustrans illustria tentet
Insidiis nigra fuligine tingere facta.
Non tamen excelsæ tangit fastigia vitæ.
Sed ridenda procul vacuas vanescit in auras.
Turpe malum, mentisque lutosâ hærentis in ulvâ
Perpetuum indicium, nulla virtute luendum.
Namque uti quisque domi nudum se laude decorâ
Sentit, & adrecti non umquam nomen anhelat,
Torquet in invidiam visæ virtutis honorem.
Dumque huic se similem nullo sperare futurum
Tempore habet, odiis pernix hostilibus instat
Subruere incautum, & tenebras offundere soli.
Omnia quæ nostrâ possunt Pietate caveri
Huic cedunt vitiæ, quod in ipsius intima mentis
Virtutumque nocens virus suffundit eundo.
Vix aliquem exsortem tantæ pestisque luisq;
Præterito viguisse ævo, aut dare nomina fastis
Invenies nostris, quin lævo lumine pallens
Unam aliquam maculam latebrosius insufferit ardor:
Nec puto magna sui Constantia roberis usquam
Firmius extulerit signum, quam dira premendo
Carmina contemtu: cum cuncta Calumnia poscit
Noxia, fraternis animos exsolvere vinclis,
Regibus in plebem male sanum accingere ferrum,
Et populum in Proceres diris armare venenis,
Turpia figmentis evolvere crimina miris,
Suspectas animis maculas impingere puris,
Discordi regna alta manu convellere sensim,
Nec telis nec in flamma expugnabilis atram

Illuviem, aut captis rursum expellenda latebris.
Contemni tamen, atra negat: sic debilis extra
Mendicat numeros, & se in sua crimina volvit:
Hos docet alma modos Constantia: vivere rectè
Qui studet, & nulla vitiorum inflectitur arte,
Non potis arrosus lingua vitare, nocentis
Iudicio & Ratione procul; cum scandere dira
Virtutis Fortuna gradus, coramque profanas
Intentare faces nescit, virosa subornat
Instrumenta malorum hominum, ut dirissima pestis
Coram pulcra canat, versoq́; Ciconia tergo
Infandum monstret digitum: sta fortior omni
Mens sermone malo; vitiis si vivere pulsis
Et potuisti ipsas animi contemnere pestes,
Quid trucis insultus Rumoris, & impia falsi
Latronis procul orsa times? in sibila vulgus
Turpia eat, retroque omnis te concio risu
Pone secuta premat. celsum Constantia pectus
Non hos in stimulos, non hæc infulgura obarmet?
Cum cæli terræque labor, cum fulmina fati,
Cum nequeant tormenta tui te corporis alto
Afflixisse animo & tristes immittere curas
Pulsus ab infido sonitus ferat aëris ore?
In declive retro, & pugnacia pectora rumpat?
Heu cæli terræque pudor, mala lingua, Deorum
Quot soboles, priscisque pares Heroas iniquis
Insidiis mersos alienis obruis armis!
Hanc si quis pestem & dira mala fulmina linguæ
Fugerit in vita meritò felicia nectat
Serta suo capiti, seseque in sidera ducat.
At quo res gravior, majorem exstincta decorem,
Maius habet laudum decus, & spem fine coronat.

Sic

Sic metuitque cupitque nihil, mala mente benigna
Contemnit meritò Constantia, maxima quaque
Sperat dona sibi, quin scit servata manere.
Quippe tenore suo non umquam exire reperta
Mente potens, virtute sua sibi cuncta subhastans.
Infera majori spatio terrena relinquens
Quam tremor ut rerum & non certi inscitia casus
Pauperiesvè queant generosum tangere robur.
Ecce autem fœdi pallens Contagio vulgi
Monstrat egestatis procul ærumnabile pondus
Ut gravis excelsos animi penuria motus
Debilitet gracilique incestet acumina morsu
Contra scire decet, paucis uti larga suorum
Mater opum, natura, bonis contenta ministret
Divitias ubicunque suas: nil quærit abusus
Artibus in luxus, variaq́; emblemate pastus,
Turpia quæ morborum irritamenta malorum.
Innumeraque Gulæ pestes quæ turgida ventris
Ingluvies, nullo non momine prodiga fundit.
Contra Simplicitas puri gratissima victus
Corpus habet numeris aptum mentemq́; suisque.
Nec venale procul mari in alto quærere certat
Delicium victus, damnum censusque suique,
Naufragiis ut lauta epulas det mensa, per orbem
Quæsitas totum, nec jam una morte paratas.
Vina nisi Pelago distinguat Græcia toto
Nil gula dulce bibit, sed in his teterrima mentem
Deiicit Ebrietas, & consuetudo nepotum
Continuare sacros poclis enormibus haustus.
At natura vigil rivo contenta salubri
Obvia pandit opes Sapienti, atque ordine certo
In sua se volvens vestigia, fructibus almis

Circum

Circum tota viret, quorum nitidissimus ille est
Qui gratis, nulloque argenti carpitur usu.
Sic cum prona Ceres, cum puri Gratia rivi
Praesto aderit, tegmenque artus velaverit agros,
Tutandosq; gelu quandoque exemerit ignis,
Nil non quod suprà est aequâ ratione recidas.
Et quid in immensos extendas caetera abusus?
Vita brevis. sine fine animi fax ardet avari.
Quod superest iisdem, quibus usque hac, moribus herclè,
Vivere dein poteris; quod si hoc neget ordo Deorum,
Quin sequeris nullo contristans pectora planctu!
Nempe quod ambitio, quod vani gloria census,
Dira quod accumulat menti suadendo voluptas
Hoc vanos torquet percepti pectoris aestus:
Scilicet in tenebris posthac, in rebus egenis,
A Veneris procul & Bacchi ducenda favore
Vita tibi est, animum hic misero miser excoquit ardor,
Et non caeca tui, Ratio tot millia cernis
Et gaudentum hominum, quibus isthaec omnia nullo
Tempore visa, aevum felix tribuere carendo?
Qui neque queis raptis incusas numina frustra
Aut habuere umquam aut notis cupiere potiri?
Tu tamen, ut cunctis generosior, ardua planctu
Sidera sollicitas, incendisque athera votis,
Ut miserum in tantis te cernant omnia rebus.
Ipsam etiam mentem trepido amisisse tumultu!
At non invicti sinat hoc Constantia Rectrix
Pectoris, ut fixo navim temone sub astris
Nauta regit, celeris flectens vestigia cursus.
Sic animi stata temperies, non vilibus umbris
Attendit rerum, quas fert Fortuna, refertque,
Sed cursum ut vita certis moderatur habenis

Dat menti imperium: Mens ardua tempore nullo
Pauper erit rebusve aciem inclinabit egenis
Quippe quod intra se sua norit munia nulli
Imperio data, sola suo servire decori.
Exsilium, carcerque & cari pignoris ingens
Mentem cura coquit! laceratque hærentia vota!
Care pater, quid turpe tuis majoribus addis
Exemplum, nullique incestas arma querelâ!
Hæc quæ dura tibi magna Ratione videntur
Nempe quod in meritum tangant, hoc fortius urunt.
Nam si Pœna graves premat implacabilis ausus,
Culpa tua est, meritòque tuum luere ipse fateris.
At sic nec merito, nec quoquam errore maligno
Assultus Fortunæ ignominiosaque tela
In te fixa vides, etiam nolensque volensque
Constabis tibimet, nam nulla injuria tanti est,
Consilia ut egregiis deturbet pectora votis,
Edoceatque aliud quàm quod novêre patratum.
Ille manet Testis cunctos sanctissimus inter
Pectore qui residet non exturbabilis alto.
Illius æternos nemo pote fallere fatus,
Hoc contentus habes reliquos ridere, per auras
Palantes vulgi & nullo rumore nocentes.
Hunc nemo excutere & vero sibi fingere quicquam
Seposito pote credibile, aut firmare probandum.
Cætera cum fictis videas alludere nugis
Et cursus implere suos, statione potitâ
Te tibi tute tene, non est exire supervis
Consiliis fixos, inimici robora, fines.
Perdia luxuries sævit ferrique luisque,
Nocte sub ancipiti furias incendit Erynnis.
Nempe quod omnipotens cunctis hunc tristibus alta

Suff-

Suffixit Ratione modum, sacrumque d cavit
Ut cum jam plenis torrens immania velis
Subsideant, p essoque retrò molimine tendant.
Praeterea cum mutato se turbida flatu
Ingessit Fortuna nocens, lare pulsus avito
Excussusque domo, ut caelum cogare remotum
Usque sequi hostili patria arva urente tumultu.
Quid Gravitas ideo constans, attende, remittat.
Tu tibi de propriis exsul palare videris
Atque aliena sequi; notissimus errat utrinque
Calculus, & specie nectit ludibria versa.
Te sequitur quocunque teris pars maxima rerum.
Caelum ubicunque tuum est, terra quoque semper eadem
Uteris, ipse idem peregrè comitabitur aër,
Nec flos deficiet pluviae, nec defluus humor.
Prospexit Natura tibi, non deseret umquam
Te tua prosperitas, quodcunque in corpore magno
Mundus habet, nisi tute tibi, nemo hercle negabit.
Atque ut saeva etiam Fortuna Elementa reducat
Spelunca incluso tetrae; tamen omnia tecum
Sunt momenta tui sancto tibi pectore clausa.
Audiat Omnipotens, & Fata haec carmina volvant.
Spem caelo fixam nullis Constantia perdet
Turbinibus, non saeva Fames, non ulla decora.
Vis tormentorum stabilem à virtute revellet.
Quod si omnes lethi facies, omne impia nomen
Adsciscat Fortuna mali, resolubile corpus
Principiis reddet patriis, & partibus in se
Cuique redire dabit: mentem sanctissima caelo
Asseret egregiam Constantia: caetera quemquam
Temnere posse neges, cui mors contemnitur ex re?
Quid coram in sobolem pallenteis flectis ocellos

Illa tuum genus est; fateor: sed maior ab alto
Fata Pater vitaque regit non mobile pondus.
Tu moliris adhoc aliquid, Vanissime, curis
Addere velle tuis, & ducere fata querendo?
Aspice cujus in his, usurpes jura querellis
Iniiciens operi Regis tua frivola magni.
Nempe retro, docilis mecum reflecte volucre
Ingenium mentis, primique exordia fœtus
Natura in tenebris duc in specularia rerum.
Teque ostende tibi, & genitoris jura nepoti.
Tu cum concepto turgerent sanguine venæ
Fœmineum in corpus, genitalia viscera matris,
Fudisti perpaulum aliquid, quam longa voluptas
Tota fuit spacium unius non abstulit horæ.
Hinc tam mente procul generandi, & nobile textum
Corporis humani complendi, & mentis in illo,
Abscêsti, quam visceribus genetricis ab ipsis.
Quod si omni studio & summorum fine laborum
Huc aciem una omnem mentis contendere velles
Nil tamen efficeres, momento ut scilicet uno
Fingendæ soboli Pater improvisus adesses.
Illa sed in latebris Naturæ, in carcere caro
Principiis instat propriis, miroque relatu,
Intus agentem æstum sequitur, sensimque paratis
Artubus asciscit divam vitalibus auram.
Nescius interea tu fati, extraque laborans,
Futilis auxilii, succos invergis olenteis,
At Pater omnipotens nondum concepta figuris
Membra suis, suaque officiis dat membra paratis.
Divinam infundens animam, vegetantia ab alto
Flabra ciens, ut massa rudis, nec conscia vitæ
Ipsa suæ, ignorans tenebris emergat opacis,

Vivendique vias discat, lucemque sequentem
Mensibus introeat justis, ne debile quicquam,
Ne sit inexpletum, aut vitali turpe labori.
Hic ubi maternis eductum sponte latebris
Dat Pater infantem, atque suo te nomine vestit.
Sufficiens ultrò genitale exubere poclum
Lactifico, dum mollis adhuc gingiva futuro
Dente caret; Tu tanta videns mysteria vitæ
Et genitorem almum, quoties sua pignora tristi
Adspicit Omnipotens facie, lugubria nectis
Carmina, tamquam ingens injuria tangeret ambos.
Oblitus Fideique tuæ, qua tu quoque summo
Progenies obstricta Patri es: qui nobile textum
Corporis humani superos fabrefecit ad orbes,
Non enarrandis involvens singula Curis
Ut sit inexhaustæ Sapientia testis in istud
Maiestatis opus, quod nulla ediscere quivit
Hactenus, ediscetve alio reparabilis ætas
Tempore; vile lutum tanto dignatus honore
Ut cælestem animam vegetatricemque Ducemq;
Artubus inclusam teneris, sub imagine diâ
Jusserit erectos superis ostendere vultus.
Hunc sceleris simul infandi malus arguis auctor
Deseruisse suum pignus, sua munera tetris
Fortunæ furiis ceu depopulanda dedisse.
At non sic superæ felix Doctrina cathedræ
Ingentisq; monenit Proceres pietatis avitæ.
Non Ratio, & certo currentia sidera fato,
Singula quæ propriis adsignant corpora vitis,
Quorum perpetuos non est irrumpere motus,
Pendentisque omneis ex caussis undique caussas.
Sic tamen ut Pater Omnipotens sibi iura regendis

Omnibus egregio rerum servarit amore.
Hujus amans contrà sanctisque interritus omnes
Curas trade procul meritus, nec roboris expers
Perpetui abscedas, cum charos dira Penateis
I[illegible] fervida vulnera raptat.
Non tua Res agitur; si charo pignora sensu
Non tua prosequeris, sed per te condita Patri
Sidereo, sta pone sequens facta ardua mente,
Qui tenerum inseruit genitori prolis amorem
Qui tamen haud aliter genitor perhibebitur umquam.
Quam paucis supra rerum monstravimus orsis,
Non te ille affectu parili, non chara tuarum
Pignora curarum, clementi mente, sequetur?
Illius immò amor est tanto majorque priorque
Quanto animam mage dia videt, visamque paterno
Cura fovet studio, atque aterno spondet honori.
Insultas mentis genitori, adversaque nectis
Dicta? rubet sancto Constantia dia pudore
Exprobratque monens casus servare futuros.
At tu istos etiam discas contemnere motus
Et mecum oblitus, terrestria cuncta, relinquas
Inferiora tuis omni cum fulmine curis.
Sta tuo in officio. Par est Victoria pugnæ
Par Pietas operi sequitur bona vita Coronam
Palma bonam vitam, brevis est via, vita perennis.

DE CONSTANTIA.

LIBER SECVNDVS.

PRisca vetustorum relegens monumenta Sophorum
Non alia invenies præsentis præmia vitæ
Clementem statuisse Deum, (quæ scilicet iisdem
Hærerent spaciis; nec enim hîc æterna reponit)
Quam seram annorum, multa cum prole, senectam.
Sic Proceres sanctique animo vixere potenti
Spernere terrestres curas, mentemque probanti
Erexisse Deo: si nostra hæc secula contra
Aspicias longos pro pœna duxeris annos.
Ancipiti nam cura omnis Rationis in herba
Delicuit, rapidoque ingens in pectore habendi
Torquet Amor, stimulisque immanibus omnia turbat.
Vt quicunq; sacræ florens Pietatis Amore
Lethiferos odio fastus, culpasque nocenteis
Prosequitur, numeros queis se soletur in ipsa
Inveniat brevitate, hominum cui tradita vita est:
Nam tot in ærumnas se præcipitata magistra
Infelix fortuna virûm, velut undique circum
Naufragium impendens nullo non mominis horret
Articulo; ut numeri desint, immanibus actis.
Crescunt in scelerum facundi nomina sensim,

Antevenit soboles patrios in crimina mores.
Turpe nihil, vix ulla super vestigia recti,
Nempe quod hoc facili Reges pietate sequantur.
At quo dira mali messis se crebrior infert
Simplicitasque locis cessit melioribus harens,
Hoc contra maiore potens Constantia veri
Mente tenet clavum, & nullos se indulget in astus.
Fulgoris secura sui, quem turbidus Auster
Nulla nec adversi turbat rota flabilis Euri:
Sed Zephyro contenta suo ver nobile totos
Diva sibi constans vivit genialiter annos.
Mulcet cuncta Lepor, mulcet Clementia solis
Ætherei quacunque oculos dea flectit amicos.
Incedunt latèque vias ipsumque faventis
Floribus accumulant currum data proxima cultu
Temperies, victrixque omnis Prudentia pugna.
Nempe rudis vita & Rationis caca Magistra,
Improbitas hominum, miseris cum se undique culpis
Induit, & calestem animi fuscavit honorem.
Imperium rerum cacis quoque Legibus ausa est
Fortuna tribuisse vaga, secura tonantis,
Virtutumque chori, quibus almi Gratia Regis
Submisit partem curarum, adamatque colenteis.
Quod si prosperitas nullo turbata tumultu
Numen habet, contraque furens inscitia caca
Sortis in instabileis vita rapit orgia nutus.
Nulla super virtus fuerit, nisi nomine nudo.
At gravis hoc contra fatum experientia pugnat.
Namque uti pracipiti turbans mortalia raptu
Concutiat plerosquè homines Fortuna ruendo.
His tamen haud ullam potuit terroris iniqui
Incussisse facem, aut oculos suffundere fumo,

Quos

Quos docuit diva constantis adesse triumpho
Seu pia Temperies, seu lex Prudentia vitæ.
Altera præveniens saga mala mente futura,
Altera non ullis illusa ab abusibus, omnes
In latus excessus dextrum lævumq; cavendo,
Scilicet ut neq; se blando submittat amori
Futilium rerum, metuatve sequentia certo
Ordine, tela dolorum, & fixi spicula fati.
Egregio quæ nunc repetam tibi carminis orsu,
Quæcunq; internæ turbant penetralia mentis
Concussamq; iubent ipsam percellere corpus.
Aut intus mala nascuntur, quatiuntq; penateis
Ceu molita abitum, & mox eruptura sub auras
Aut contra externis oriuntur ab excita rebus,
At mens sacra hominis, nullis se legibus intus
Subiiciet cuiquam, aut metuet data iura Tyrannis;
Quippe soluta metu, sua si modo nomina norit,
Sic etenim corpus, sicque omnia subdita visu
Cultum emissa polo est, ut nullo tempore certa
Ad superos redditus membris se servet in ægris,
Non habitatricis triregrina à lege colonæ.
Sic nil celsa sui mundo sibi ponit in isto.
Corporeæ famulata domus; cui sufficit ipsa
Non uti condoleat sed uti regat aspera fata.
Spes igitur cunctosq; metus Ratione magistra
Nequaquam accedunt Animi penetralia magni.
Summa cui rerum est, non his servire sub astris
Sed meliora sequi, &, cum mors levis instet in horas
Præsentem semper, semper spectare receptam.
Hæcq; adeo certa est cunctis mortalibus, ex se
Notitia, ut nemo queat ignorare velitve.
Sic interna abitus hærent mysteria magni.

Quem qui consilio sprevit meliore; secutos
Turpia facta metus, spesque huius ponere vitæ
Cumque suis omnes culpis meritisque labores,
Iam securus habet: sic sensibus æger ab altis
In mortali chaos fugiet dolor: Extera quod si
Tristificis animam tenebris Fortuna movebit.
Hæc eadem socio Ratio pro corpore pugnet.
Nempe quod hæc vita sursum est, Rota rapta deorsum.
Nil hominis faciat veri ad moresque genusque.
Qui sciat hic alienum omne, ad sua credita cœlo
Perpetua bona luce Deo spondente frui sci.
Scilicet ut fera quæque animansque in corpore bruto
Pulsat humum, volucrique ferit vacuum æthera penna
Æquoris aut magni spaciis vice piscis inerrat.
Sic vitam hic propriam dum vivit, tempore secum
Absolvit fixo, nec abhinc quid novit apisci.
Ast hominis secura huius Ratio, altera quærit
Tempora: quaque istic vivit, non ut sua transit
Sed velut ad ventura iter irremeabile calcat.
Ergo oneris quodcunque imponit inertia rerum
Mente levat stabili, nec in hæc declivia prona est
Pleraque turba tamen studio cæcata supino
Volvit in abscessus funebria corpora tetros,
Æternisque perit pœnis, sequiturque ruinam.
Ast non hæc ullo castos exempla tumultu,
Concutiunt, suadentve eadem se in crimina vitæ,
Induere, atque animam mansura immergere nocti.
Scilicet in magno regnantia pectore vota
Composuit quia Temperies divina, caducas
Nosse voluptates, stimulosque cavere dolosos
Rite docens, alioque habilis Prudentia passu,
Per spinasque, rubosque, & sparsi muricis astum

In sub-

In sublime gradum clementi ducere calle.
Ut tandem toto Constantia corde potita
Æqualem superis in terra vivat honorem.
Sic quodcunque malo mentem titillat amore
Abiice celsa tuens: malus est amor omnis in illo
Quod Gula quod Bacchi Furor, & Venus ebria suadet,
Ambito quod læva docet, quod Gloria gestis
Rebus agit procul excelso spectanda triumpho.
Quod Fama non æquus Amor, quod Robur ab armis
Quod Furor audet Opum, quod aperta Potentia luxu.
Quod sitis infelix fundendi sanguinis, & quæ
Conscia cunque nova percellunt pectora cura
Dum fiunt, aliove excedunt ordine iustum.
Hæc cum cuncta procul de mente exegeris altam
Restat atrox monstrum, crudelis Opinio de te
Et virtute tua, simul hanc quoque maxima temnet
Iam propiore gradu Constantia servat euntem.
Plurima magnorum viguerunt secula quondam
Et quoque nunc hominum illustri virtute fruuntur
Ut vivi intersint celebrantum laude Nepotum.
Usque adeo mores felix honor ambit honestos.
Sed vitium hoc penitus hærens immane medullis
Pauci adeo fugere, suis quin repta Tropæis
Hostibus à cæsis decora alte infigere vellent.
At procul hinc abiit vero Constantia censu.
Nempe quod est lætis eadem Imprudentia rebus
Tollere velle caput, quæ levis plurima certat
Tristitiam induere, & turbatam frangere mentem.
Scilicet à vera iam dum virtute recessit
In latus, & palmam merito transcribat honori,
Qui virtute sua Famam sibi quærit inanem.
Atque ideo peccare negat, turba omnis ut intus

Norit adoptati, non cognati, orgia sensus.
Sic itidem, quamvis, nullo se teste locat.
Interius virtus, docet sibi sola placere
Errat, & innumeris cedit mox obsita culpis.
At cui se verò dederit constantia cultu
Pectoribusq; imis sedes infixerit altas,
Hac tantum Ratione hac deniq; nobile fine
Vivit opus, virtutem ipsis penetralibus indens
Mentis, & externo procul à splendore reducens
Vivere non aliis quod possit moribus umquam,
Sed sive atra polum nubes contraxerit, horrens
Imbribus, & crebro se stridula fulmine rumpat,
Sive augusta dies Radiis florentibus adsit,
Constat mente sua, se propter, firmus, & in se,
Nec sciat aut faciat quicquam nisi digna suorum
Censu operum: Hac eadem nulla vice laudes amatæ,
Corrumpenda putet, bona quod bona norit ob istud
Solum agat, & nullo trahat in deliria fuco.
Si bona sunt, se propter erunt cupienda sequenti
Sin mala, non ullo potiundi digna labore.
At bona iam non sunt vel non perfecta bonorum
Censibus in liquidis, si nomine prendere certas
Alterius finis, si rectè vivere pergis
Si virtutem alacri perfectam mente potiri,
Quid placuisse aliis, imò tibi, perfide summo
Moliris studio: non hoc est frangere veros
Et mediis alios rebus componere fines?
Si bona iam sequeris sed ea imperfecta fateris,
Stulticies non mollis erit, melioribus inter
Vota aliorum illic verò cum flore relictis
Deteriora sequi, & titulo se ludere vano.
At quocunq; ferox lancem inclinabit Enyo

Extra

Extra ipsam hanc Dominam rerum, mentisque Patronam
Virtutum decus egregium, laudabile prorsus
Invenies nihil in vita, & mortalibus umbris.
Ergò illam per se, se propter, & omnibus aude
Prælatam venerari aliis: tibi Robur & altum
Pectoris invicti tribuit Dea maxima pondus.
Ut gravitate tua & mentis florente vigore.
Adscendas superos & fata morantia calces,
Omnis ad hanc veterum nisa è Schola docta Sophorum
Instabilem proferre gradum; cumq; alta serena
Immortale aliquid ponderent fulgura mentis,
In sublime vehi, Chaos ærumnabile rerum
Proterere & virtutem atris studuere procellis
Ereptam firma vitæ in statione locare.
Vera sed hos, oriunda polo, lux, debita Christo,
Destituit prima quæ hæserunt margine magni
Æquoris, æternis ignari credere libris,
Et verum amplecti decus, hoc sancire potitum
Morte sua vitamque Erebi è penetralibus ipsis
Ducere, devictis pœnis, & carcere clauso
Latronis diri, qui fœda in nocte tenebat
Secula, longa patrum tandem duce prodita luci
Egregio, amissum qui sanguine reddere Verum
Instituit proprio miseris, exsorsq; luelæ
Transiit in culpas hominum, scelerisq; pependit
Humani nova ab infausto, Deus, hostia ligno.
Cara redit Ratio, palant mysteria sensus
Nexilibus quæ docta logis evolvere certis
Dicta locis, struxere choros, ut prima trahentem
Jussa sub ascensum, via cogeret omnis in altos
Consentire aditus, falsumq; evertere vero.

Hic vero insignes aperit Constantia campos
Exercendi operis! Quid enim, cum perfidus arctis
Insultet spatiis, nec longo tempore sævas
Extrahat in pœnas damnatos Spiritus actus.
Degener, omne movet saxum, omne implorat acumen
Pluribus ut captis æternos instruat ignes.
Hinc mala nocte dieq; imis dubitatio vibrans
Ossibus inservit. iuxta terrena ministrant
Orgia non visis animum seducere rebus.
Mille nocendi artes, mille instrumenta dolorum
Exigit, inq; suis furor impius ardua volvit
Facta locis, speciem sancti mentitus honoris:
Non tot enim adversis ceciderunt pectora teis
Et malus informi in pugna scelerum abstulit auctor,
Quot lepido obtutu, quot ficta voce fefellit
Blanditiisq; vagis & culto perfidus ore.
Quippe ubi se tetris manifestant crimina Larvis
Nemo velit iuxta tristes adsistere fomus,
Ne dum ducentes sequi in æterna infera noctis.
At cum se læto Mors horrida tegmine vitæ
Implicuit, suaviq; obrepsit prima nitore,
Vix omni ingenio vix omni deniq; cura
Agnoscas pulcra serpentem in veste latentem,
Ut vero caveas, & lubrica retia vites
Gratia cælestis crebro exoranda precatu est.
Hanc iuxta atq; huius nitens Constantia fidis
Auxiliis non ulla aciem in discrimina flectat,
Trux ubicunq; hostis pugnas & fulmina vibrat
Nobilis est ipsis rabies vitanda periclis,
Adversumq; alto statuendum robore pectus.
Nisa Deo ut Virtus absentia dona requirat
Transeat humanos actus, deliria temnat

Lubri-

Lubrica, & harentis mala corporis abdita solvat,
At cum Larva latens alios mentita colores
Induerit faciem fulgenti luce potentem,
Blanditiisq;, Lepore, Voluptatumq; sequela
In declive volet stabilis divertere sensus.
Prosubigat pede pracipitem & deformia torvo
Exsuat ore Libidinibus decora abdita diris.
Ne postquam internos percepit flebilis artus
Pestis, ab auxiliis frustra post omnibus ingens
Tentetur furor, ipsa anima in penetralia regnans.
Sic quodcunq; petit malefirmi corporis usus
Non rerum laxu aut pollentis ab ubere census
Indulgeto tibi, nil non alit arce venenum
Cum nimio excedit Natura pondere normam.
Et quid visceribus parvis, carnisq; pugillo
Exiguo, contra tot maxima pondera rerum
Oppugnare venis? qua copia suppetit, omnem
Si rapere in ventrem & stomacho dare tendis anhelo?
Ipsa etiam suavi rerum fructu apta Voluptas
Consistit in satiem, nec dires quarit abusus,
Quos simul & lesi per aperta pericula sensu,
Ipsaq; damnati vis corporis intus abhorret.
O felix veterum soboles primava parentum
Cum novus Orbis adhuc tantos nescire furores
A ruditate sua pulcrè securus haberet.
Cum sitis arentis torreret viscera massa
Purpureum ad rivum positis properare videres
Ridentes genibus; nunc cum pallore metuq;
Tristis ab immenso Bacchi violentia poclo,
Ducitur in mortem; nil seria, ludrica nil iam
Cura potest, nisi mens horrendo flumine plena
Exsiliat primum, & Rationis acumina turbet.

Quodq; malum est gravius, tanti deliria constat
Ut neq; iam nisi pulcrè adsint sibi pectora pota,
Corruptique ignes animæ, cerebriq; latebræ
Spiritibus pugnent siccis, nisi in ebria nescit
Mens operari adyta, & divinos ducere sensus.
Si non æqua Fames prisco se tempore cuiquam
Inferret, vel promta Ceres, vel grande propinqua
Arbore detractum satiabat murmura malum.
Nunc telluris eget, contenta nec aere toto est;
Æquoreis spatiis, & mundi in finibus ipsis
Quæruntur fomenta gulæ, si fercula cernas
Regia, si festis convivia condita tædis
Vix in tot species animantium, atq; extera fructus
Omnigeni genera ipsa Elementa coisse putares.
Nunc Veneres si cui saltatricumq; choreas
Infamesq; canam luxus, ludibria dicas
Moribus in priscis, non rerum facta, notari,
Ipse omneis species, ipse omnia momina nescit
Enumerare voluptatum, Venerisq; tumultus.
Omnia qui vitiis Orcotenus apta ministrat
In vitam humanam non ullo, secula, censu.
At non prisca virûm sic robora; Nobile pignus,
Coniugii quærebat amor, nec inanibus hærens
Stulticiis luxu perdebat vota iuventus.
Sacra sed egregio servantes tempora lecto
Cœlesti sobolem doctrinæ, & moribus almis
Inde usque à primis suadebant credere cunis.
Alta sequebatur prudentum dicta parentum
Progenies, stolidis bacchantum immobilis umbris
Vi scelerum occulta, & firmo sibi pectore constans.
Hanc utinam primis rationem ducere ab annis
Nunc quoq; cura patrum felici tenderet ausu.

Ut

Ut constans animi Pietas, ut nobile robur
Moribus in sanctis, & gnaro pectore recti
Ilicet infantem patriis ambiret in ulnis.
Non tot turba virûm, postquam annos addidit ætas
Plangeret infelicem animi cessisse Iuventam,
Et liquidum primis florem exspirasse sub annis.
At si non tenero virtus infusa sub ævo
Præcipuè exemplis animum componat honestis
Ut nunc vita fluit, furor ut nunc omnia volvit
Hosticus, & vitiis regnant deliria plenis,
Rarò aliquem seniorem alacris Constantia Recti
Ambibit; sic cum laxis Astutia velis
Undiq; in humanis rebus dominata feratur,
Ut qui mente pium sancta, castoq; fidelem
Pectore decipiet, modo census augeat amplos;
Jam Prudentis habet nomen; iam divitis, inq; hoc
Omnem animi titulum, laus corporis omnis in ære est:
Quid mirum cæci si vertant vota tumultus
Eq; aliis alii nascantur deniq; Casus,
Iustitia ut tandem, tandem ut pia Regula Recti
Excideret penitus, nec in ipsa vocabula veri
Despretus descendat honos? Si vita tenenda est
Carceris â primo gravis ad postrema labore,
Si nusquam capti amittenda est Regula sensus,
Si Pietas omni Constans servanda sub æstu,
Si morum nulla flectenda est sanctio culpa,
Conscia ut internis devincunt pectora dictis,
Ut ratio, ut Deus ipse iubet; quid turpia vitæ
Obsequia egregio mentis præponitis ausui?
Quid, tamquam æternum victuri, in corpore tetro
Ædificî moles, & splendida marmore caro
Mœnia construitis, quid luxu opibusq; parandis

Tempora conteritis, quid per fas dite nefasq;
Nomen habere iuvat? Quaecunq; hoc queritis astu
Omnia Fortuna, nullo sunt nomine vestra.
Et si vestra quidem, brevis usus in omnibus istis,
Culpa sed aeterna est; etiam hic Poena atq; dolores
Innumeri, quo maior opum vis, ponè sequuntur.
Curaq; non ullo stabilis pede, lubrica versans
Pectora, nocte dieq; omni depulsa quiete.
Cum liceat longè à diris optabile rerum
Servitiis aevum, constanti degere vultu.
Cum liceat brevibus contentum immania retro
Pondera curarum & pallenteis spernere motus.
Proque umbris auri atque aeris, proque impote censu
Tot miseros omnis venti sprevisse Timores.
Quodq; super cuncta est, recti sibi conscia patri
Corda probare Deo, cursumque à carcere prima
Numquam interruptum servare ad candida calcis.
Hac vera est Pietas, veri Constantia sensus,
Non quam florilegis scripserunt secula chartis
Prisca virûm, quibus est solius inertia multo
Fortuna casusque malo, expugnata labore.
Nos verò, mentem studiis melioribus aucti,
Non ullo in numero, non ullo in momine rerum
Fortuna fictas acies, caecosq; tumultus,
Ponimus, aut alicui Casum dare novimus ori.
Qui minimum, nostro recidentem è vertice crimen
Scimus in hostileis invictum ferre catervas,
Aeternis nisi vita sponsoribus alma
Qua non quaerit opes, non Ambitione tenetur,
Non mortem, morbosvè timet. Stat Gratia Christi
Omnia perpetuas damnans portenta sub umbras.

Hinc pia priscorum exemplis Constantia pollens
Mulctat Heroum in terris; ut nobile textum
Cælorum, ponti, telluris, & ætheris alti
Consilio Regis fatalis flamma resolvat.
Vt mors, ægra mori, putrefacta cadavera priscum
In nihilum redigat nec ab omni sensile massa
Quicquam adeo restet; nullos Constantia motus
Admittit Fidei: Reparabile corpus in auras
Flava cinis spargat, venient citò tempora cum jam
Capta hominis spolia & resolutæ fragmina cratis
Quatuor in textus reddent Elementa priores.
Ipse dehinc Pater Omnipotens sibi creditum in artus
Spiritum aget priscos, opus instaurabit amatum.
Interea procul omnis abit Violentia vitæ
Spretaque duricies facili mutata lepore est
Mens etenim hinc oculos erepta hinc lumina Cordis
Affixit superis, transque ærumnabile visu
Aëris occidui spacium, sua vota, suosque
Tradidit affectus Christo: Via corporis ægri
Mille patet culpis, & inextricabile servit;
Noxa tamen non ulla, nec atri erroris amaros
Spem certam indubiosq; potest convellere plausus,
Quos iam participans ventura gaudia vitæ
Spiritus excelso charis prælibat Olympo.
Hunc Pater Omnipotens solatoremque Ducemq;
Ignaris tantos servare per æquora cursus
Constituit pignusq; almi præmisit honoris.
Hic quoque ut æterna gustarent præmia palmæ
Qui pietatis amans Constanti Speque Fideque
Ardua anhelabit, spernetq; iacentia vota.
Vivet hic ut toti iampridem mortuus orbi
Ad quem dira nihil vitæ fuga pertinet ex quo

Mem

Mens adſcripta Deo eſt; dumque inter vilia luctam
Corpora, militia nomen non eximit alme,
Tantorum meritis operum Pietatis honori
Sidereæ, Dominoque acceptas dicere grates
Suavibus inſiſtit numeris; dumque aſpera non eſt
Solari melius cum ſævis prælia rebus,
Feſſus ut in noctem declivi Luce viator
Provocat alituum dulci modulamine Linguas,
Reſponſant illæ cæli per cærula denſis
Cantibus & varia data carmina voce reponunt.
Sic mihi non æquis nec iniquis laudibus auctrix
Undique propoſitum reddit Conſtantia Carmen.
Chriſte fave, hinc alias quærit mens Enthea Muſas.

FINIS.

ERRATA QUÆ PRÆTER SPEM ET MOrem Typographiæ nostræ huic libello irrepserunt, benevolus lector ita corriget.

Paginæ 5. lege. insons fons momine. ibidem. tormina morbus, l. morbis. pag. 7. in fuscem lege fascem. ibid. anim[illegible]nque. leg. animamque. p. 8. ab ortu. leg. abortu. p. 9. l. dogmata vertunt. ibid. cum primo sunt. l. primo rerum sunt. ibid. vitiisq; nit. lege. vitisq; nit. p. 10. hominum eduxisse. l. hominem, p. 11, duo desita. l. quo des, p. 12. Credentiq;. l. credendiq;. ibid. At quæ Concilia. l. At quæ conciliat. p. 13. quia nobile contra. l. quin nobile c. ibid. astutia pugnat. l. pugnet. p. 14. vt sese in. l. & sese. p. 15. Desint aut ullo. l. Defuit aut ull. ibid. tēpore quanquam. l. quemquam. p. 17. deleat agris. l. ægri. p. 19. mysteria usu. l. mysteria visu. p. 20. fatear medicam l. fateor. p. 22. indormiscit manibus. l. inanibus. p. 23. Magni ab excelso. l. Magnus ab ex. ibid. vita salutis. l. viva sal. p. 24. frivola nudis. l. nugis. ibid. Et meritis. l. Vt meritis. p. 27. quis cætera. lege. qui curasti. lege. ejurasti. p. 28. hominemque Deumque. l. hominumque. ibid. ut dicas. l. uti dicas. p. 29. undique totam. l. totum. ibid. simul parandum. l. parandi, ibid. tropæum: l. tropæum? p. 30. post hunc Versum, [Hei mihi quas tenebras &c. inseratur hic subsequens:

Quondam pura Fides, quin nunc quoq; Gratia Christo

Eod. p. 30. infelicia vitæ. l. vitet. p. 31. edere nissus. l. jussus. ibid. Quam fætum. l. fædum. p. 33. dedita Seclis. l. didita. p. 36. Ille altercantes. l. Illi alt. p. 38. Te studeas te. dele posterius Te. p. 39. sua vatem. l. sta vat. p. 40. excitem diva. l. excitam diva. p. 41. deorum. l. decorum. p. 42. offendet. l. offundet. ibid. ipsa magnarum. l. ipsaq; mag. ibid. meliore. l. meliora. ibid. Ducibus aut. l. Dulcibus. p. 43. & stabulis. l. & stabilis. ibid. secundus. l. secundos. p. 45. altior hic ille. l. illo. p. 46. Poscit. l. possit, variaq; emblemate p. l. varioq; emb. p. 49. velaverit agros. l. ægros. p. 52. in tenebris. l. è tenebris. 57. triregina à lege. l. peregrina at! p. 58. est rota. l. & rota. ibid. ad sua l. at sua. ibid. corpora tebros. l. tetros p. 59. exegeris altam. l. alta. p. 60. Laudes amatæ. l laudis. p. 61. nisa è. l. nisa est. ibid. prima quæ. l. primaq;. p. 62 pectora teis l. telis. p. 63. arce ven. l. acre. p. 64. delirta const. at. l. constant. p. 66. carcere prima. l. primo. ibid. crimen. l. crinem.